Universitätsbibliothek Paderborn

# Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197089**

urn:nbn:de:hbz:466:1-53055

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 3133.

H. I. 6.
7.

H
242

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SYLVA COGITATIONUM SACRARUM

*PRO*

# CATHEDRA.

Collegii S. J. Paderb.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# SYLVA
# COGITATIONUM
## SACRARUM
*PRO*
# CATHEDRA
*SEU*
# CONCEPTUS
## PRÆDICABILES
Ex
Præſtantiſsimis Authoribus collecti.
Et
In tres Claſſes diviſi
*STUDIO ET OPERA*

**P. FRANCISCI HÖGER**
E SOC. JESU


*Cum Facultate Superiorum, & Gratia ac Privilegio S. C. M.*
Sumptibus Joan. Andreæ de la Haye Bibliopolæ Academici Ingolſtadij 1726.

---

Typis Monacenſibus Mariæ Magdalenæ Riedlin Vid.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTO

# ANGELO CUSTODI

PRINCIPI

*CÆLESTIS CURIÆ,*

Nec non

DUCI,

PATRONO, PROTECTORI SUO DILECTISSIMO

*Mille Titulis, & infinitis Nominibus Obſtrictiſſimus Cliens*

D. D. D.

Franc. Höger S. J.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# ANGELE CUSTOS.

PRo tot à te in me collatis Beneficijs gratitudinis aliquod Mnemnoſynon Poſteritati relicturus collectitium hunc laborem meum tibi, O Magne Cœli Princeps, ac Nomini tuo dedico. Exile quidem à manu, & calamo meo munus eſt, ab ingenio tamen & Studio aliorum, quorum Sententias, ac pretioſas cogitationes exhibet, conſpicuum. Quamvìs non tam Libellum tibi, quàm meum in colligendis iſtis gemmis, quas in ordinem redegi, laborem conſecrem, eò, uti

ſpero,

ſpero, gratiorem, quòd Studium in hoc tuum imitari conatus fuerim, qui Cœli favores ac gratias (prô quanta cimelia!) ne in nobis fruſtra ſint, cumulare, atque conſervare plurimùm allaboras. Quid, quod triticum etiam bonorum Operum noſtrorum in Horrea cœleſtia congregas; fragmenta meritorum colligis; virtutes noſtras in faſciſculos cogis; & *Mala aurea* Precum ac Devotionum noſtrarum in *Argenteis lectis* reponis, ut illa offeras ante Thronum DEI. Sed neque alia mihi deſunt, eáque his majora rationum momenta, quæ omnino me permoverunt, ut hoc Opuſculum, peregrinis floribus refertum, glorioſo Nomine tuo inſignirem: intelligo amorem illum meum, quo à teneris annis in hæc tempora te proſequor, non quidem meritis tuis parem, viribus tamen meis commenſum. Intelligo ipſum auxilium tuum, quod mihi ex voto non ſolùm in hac, verùm etiam in alijs lucubrationibus meis ſemper præſtò fuit. Ut ſilentio involvam

quotidiana, quæ à te accipio diu noctúque, corporis & animæ Beneficia, ita ut meritò cum Tobia exclamare poſſim: Quid dignum poterit eſſe Beneficijs tuis? Sed tamen, quæ Salviani mens eſt l. 4. de Provid. *Quia majus referre non poſſumus, totum reddere videmur, ſi totum, quod poßumus, reddere curamus.* Accipe igitur glorioſiſſime Cœli Princeps, Dux meus, & Cuſtos meus, accipe Tutelaris Angele hocce quale-demum-cunque Opusculũ meum in ſignum Gratitudinis, Amoris, & Fiduciæ, nec non obſtricti animi mei; & quod Gratianus Imperator Auſonio Burdigalenſi, olim Præceptori ſuo, Officium Conſulis Romani tribuens dixit, etiam à me tibi dici patere: *Solvi: quod debui, & adhuc debeo, quod Solvi.*

FA-

# FACULTAS
# R. P. PROVINCIALIS

EGo Franciſcus Xaverius Hallauer, Societatis JESU, per Superiorem Germaniam Præpoſitus Provincialis, facta mihi poteſtate ab Admodum R. P. N. Michaële Angelo Tamburino, Societatis univerſæ Præpoſito Generali, Librum, cui Titulus: *Sylva Cogitationum Sacrarum pro Cathedra, ſeu Conceptus Prædicabiles* &c. a P. Franciſco Höger Societatis noſtræ Sacerdote conſcriptum, atque à deputatis ejusdem Societatis Patribus lectum probatúmque, Typis in lucem edi permitto per D. Joannem Andream de la Haye, Ingolſtadii Bibliopolam Academicum, eidémque Facultatem impertior unà cum Pri-

vilegio Cæſareo, quo Typographis & Bibliopolis omnibus prohibetur, ne vulgatos à Societatis JESU Patribus Libros absque Superiorum conſenſu in eadem, aut diverſa lingua recudant, vel intra Sacri Romani Imperii fines, aut hæreditarias S. C. Majeſt. Provincias importent. Facultatem hanc omnem, de una duntaxat impreſſione intellectam, manu mea, & conſueto Officii Sigillo confirmo Ingolſtadii 19. Febr. 1726.

(L. S.)

FRANC. XAV. HALLAUER.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# BENEVOLE LECTOR.

PRoverbium eſt : *Itur in Antiquam Sylvam* ; cùm ſcilicet actum iterum agimus, & relicta aſſumimus, ea recoquendo. Quid ſi etiam in Adagium abiret: *Itur in Alienam Sylvam*? cùm videlicet peregrina carpimus, & noſtro uſui accomodamus, iis velut proprijs utendo. De utroque fortè me convenies in hoc Volumine, Studioſe Lector, quod tibi ceu *Sylvam Cogitationum Sacrarum* exhibeo. Plurima in eo, & *Antiqua*, & *Aliena* eſſe, tantum abeſt, ut inficias eam, ut etiam fontem, unde pleráque promanârint, palàm indigetem, quin tamen idcirco actum me agere putem, vel falcem mittere in meſſem alienam.

Qui enim ex alieno horto florem carpit, hortum non aufert, neque injuriam hortulano facit, ſi novo, cóque proprio ſtudio floſculum colat peregrinum. Qui alterius gladium geſtat, non

no-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nocet Domino , ſi ſuo Marte & Arte eundem tractet ; gladius alterius eſt , ſed tractatio illius nova. Sit, quòd pomum aliunde capiat , ſi tamen novis condimentis in cibum novum propinat, arbori non derogat, dum aliter coquit ; pomum peregrinum eſt, fructus domeſtici laboris, utrumque gloria Authoris. Quid , quòd etiam Salomon olim auguſtiſſimum illud Templum condidit ex iis, quæ à Davide Parente aggeſta erant ; Materiâ Davidis, Ordinatione Salomonis exiſtente. Quid, quòd & de Magno Joanne Baptiſta novimus, ipſum prædicâſſe, quod prædicavit Iſaias, ſicut notavit S Lucas , & non alio ſub nomine, niſi *Sermonum* : Prædicans Baptiſmum Pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, *ſicut ſcriptum eſt in libro Sermonum Iſaiæ Prophetæ.* Luc. 3. Prætereo, quod ſumpſit S. Ambroſius ex S. Baſilio ; S. Proſper, & Beda ex S. Auguſtino ; Theophilactus, & Euthymius ex S. Chryſoſtomo ; uti longa indagine hæc obſervavit noſter Antonius Vieira part. 1. ſermonum Dom.

Sexa-

Sexageſ. §. 7. Verbô, niſi vehementer mihi imponat opinio mea, dabunt Architecti Cogitationum Sacrarum libenter granum ingenii ſui, ne ſolum maneat, ſed plus fructus afferat etiam in ſolum peregrinum cadendo, & centuplum laudis ferat ſuo Authori.

Conſcripſi Sacra hæc Themata, quæ labore plurium annorum partim ab Authoribus in Syllabo, ad finē ſubſequente, citatis, partim ex alijs Scriptoribus, ſuum Nomen celantibus, deprompſi; ſubinde etiam aliqua è mea penu; conſcripſi, inquam, Sacra hæc Themata, quæ Theſes voco, eum in finem, ut hæc præſtò ſint iis, qui in ſtatuenda theſi Orationis ſuæ ſæpe minùs felices, diu multúmque hæſitando in *Inventione* thematum pro Cathedra, & *Diviſione* inventorum deſudant, ſeséque in horas, imò dies, longiſſimi temporis jacturâ, fatigant, & torquent. Habent hi in hoc exiguo Volumine copioſam Sylvam ſelectiſſimarum Cogitationum, ſesqui-ferè mille Conceptuum, non ſine multorum annorum, uti memini, labore colle-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lectorũ;ita ut labor illorũ omnis ab *Inventione* in *Electionem* tranſeat; habent pretioſam imaginem, quam ſuis, ut volent, regulis, vel inauratis, vel affabre à ſe depictis includant; habent ſplendidam Margaritam, quam vel annulo inſerere, vel coronæ infigere, vel artificioſis parergis exornare queant, ſuo laboris compendio, nec non Authoris(id quod ſuadeo)ab ipſis nominati inſigni encomio: allegato, inquam, Authoris Nomine, ne aurum,in quo laborant, è domeſtica aurifodina erutum jactare, & telam pretioſam, quamPhrygio opere exornant, è ſua textrina depromptam venditare, verbô in alieno ſolo, velut proprio, ædificare velle videantur.

His præmonitis unum reſtat, ut præſtem offenſionem fortè aliquam,oriundam ex inæquali ſtylo, & diverſitate calami: verum id eſt, ſed etiam neceſſarium, ubi è diverſis fontibus aquæ derivantur, concolorem fluxum eſſe haud poſſe. Judicavi ego certè, à fonte ipſorum verborum, quibus ipſimet Autho-

res

res ſua ſenſa profuderunt, recedendum mihi neutiquam eſſe, cùm illis virtus aliqua ſingularis à calamo inſit. Sicut ergo diverſis in libris ea inveni, ita nativum eis curſum permiſi, & ſolùm operam meam in vertendis peregrini ſubinde idiomatis ſententijs contuli. Atque hæc ſunt, quorum te, Benevole Lector, conſcium eſſe volui; utere proin, ſiplacet, meo in colligenda hac Cogitationum Sylva labore, tuúmque junge in exornanda, Marte proprio, Theſi, quam elegeris, mihíque apud DEUM bene precare. Vale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# PARS PRIMA

COMPLECTENS

# DOMINICAS

PER

*ANNUM.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# DOMINICA I. ADVENTUS.

THESIS I. *Videbunt Filium Hominis venientem.* Luc. 21. v. 27. Adventus Chriſti quadruplex. I. Primus *in Carne*: Venit enim Filius Hominis quærere, & ſalvum facere. Luc. 19. v. 10. II. Secundus *in Mente*: Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Joan. 14. v. 23. III. Tertius *in Morte*: Quâ neſcitis horâ Filius hominis venturus eſt. Matth. 24. v. 44. IV. Quartus *in Judicio*: Cùm autem venerit Filius Hominis in Majeſtate ſua. Matth. 25. v. 31. *Suppeditaret hæc diviſio materiam pro quatuor Dominicis Adventûs.* *Chriſti Adventus.*

THESIS II. *Quoniam appropinquat Redemptio veſtra.* Luc. 11. v. 28. Adventus Chriſti duplex eſt. I. Primus Adventus, qui jam contigit, fuit

*Redemptio animæ* à captivitate peccati. II. Secundus Adventus, qui adhuc expectatur, erit *Redemptio Corporis* à captivitate mortis. Ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, Redemptionem corporis noſtri Rom. 8. v. 23.

*Judicium extremum.* THESIS III. *Stabimus ante Tribunal Chriſti.* Rom. 14. v. 10. I. Peccator in ultimo Judicio ſtabit coram Deo: *Munifico*, cujus gratiam non agnovit. II. Summa *Majeſtate prædito*, cujus magnitudinem contempſit. III. *Juſtiſſimo*, cujus iram accendit. *Vvien in Tertull. Prædic. verb. Judicium.*

*Chriſtus Judex.* THESIS IV. *A facie ejus cruciabuntur populi.* Joël 2. v. 6. I. Duplex vultus graviſſimè homines confundit: *Vultus Teſtis* crimen palàm evincentis; *Vultus Benefactoris* offenſi. II. Et duplex vultus maximè terret: *Vultus Principis* in majeſtate ſua; *Vultus Judicis* ſententiam in reum ferentis. Talis erit vultus Domini ſuper facientes mala. *Vide etiam Reina in Quadrages. Fer. 2. poſt Dom. 1. Quadr.*

*Dies Judicij.* THESIS V. *Cùm Judicij dies advenerit,*

*venerit.* 2. Machab. 6. v. 14. Dies Judicii erit peccatoribus. I. Dies *Confuſionis.* II. Dies *Separationis.* III. Dies *Condemnationis.* Videbit, & confundetur, confuſus ſeparabitur, ſeparatus damnabitur. *S. Aug. Separatio verò erit triplex* 1. *à Deo.* 2. *à creaturis.* 3. *à ſeipſo. Bretteville.*

THESIS. VI. *Videbunt Filium hominis venientem in nube cum Poteſtate magna & Majeſtate.* Luc. 21. v. 27. In Judicio peccator opprimetur I. *Gloriâ Chriſti*, qui veniet cum Majeſtate. II. *Gloriâ Crucis*, quæ apparebit in aëre. III. *Gloriâ Sanctorum*, qui ſedebunt judicantes &c. *Vivien in Tertull. litt.* 1. *Chriſtus Judex.*

THESIS VII. *Areſcentibus hominibus præ timore.* Luc. 21. v. 26. Quatuor mala peccatores tunc maximè terrefacient I. *Mors* repente imminens, & crudelis. II. *Examen* ſeverum à Deo Offenſo inſtituendum. III. *Condemnatio* abſque miſericordia. IV. *Æternitas* ſupplicij. *S. Bern. Serm.* 16. *ſuper Cantic.* *Peccatorum ſtatus in Judicio.*

THESIS VIII. *Areſcentibus hominibus præ timore.* Luc. 21. v. 26. Ju- *Judicium timendum.*

dicium eſt timendum propter tria, I. *Ex parte Judicis* propter Judicis terrorum. II. *ex parte Judicij*, propter Judicij rigorem. III. *Ex parte Rei* propter Suppliciorum horrorem. *S. Bonav. Expoſit. 2. ſuper Pſ.* 118.

THESIS IX. *Quia dies ultionis hi ſunt, ut impleantur omnia, quæ ſcripta ſunt.* Luc. 21. v. 22. I. Quod mortem facit terribilem, eſt Judicium ſequens. II. Quod Judicium facit terribile, eſt examen illud præcedens. III. Quod hoc reddit terribile, ſunt Opera noſtra. Hinc bene ſolebat dicere S. Elias Abbas, poſtquam octo annis pœnitentiam egit: tria timeo, *Egreſſionem animæ à corpore, Severitatem examinis, Sententiam Judicis*; & Job. c. 9. v. 28. *verebar omnia opera mea.*

THESIS X. *Erit in tempore illo: Scrutabor Jeruſalem in Lucernis.* Sophon. 1. v. 12. Judicium grave quidem futurum eſt ex eo, quòd omnia peccata cogitationum, verborum, operum examinanda ſunt; ſed longè gravius, quòd etiam, I. Peccata *Omiſſionis*. II. Peccata *Conſequentiæ*. III. Peccata *Ignorantiæ*

*gnorantiæ* judicanda ſunt. *Vide de hoc Vieira.*

THESIS XI. *Erunt ſigna in Sole, & luna, & ſtellis.* Luc. 21. v. 25. Iſtorum cauſam aſſignare ſolent Sancti Patres triplicem. I. ut hæ ipſæ creaturæ, prius Signa Bonitatis Divinæ, jam ſigna ſint Iræ Divinæ. II. Ut ex his peccatores enormitatem peccati agnoſcant, quòd totius Mundi turbationem & exitium meretur. III. Ut tenebræ iſtæ horribiles cœcitatem peccatorum oſtendant. Creatura tibi Factori deſerviens exardeſcit in tormentum adverſus injuſtos. *Sap. 6.*

THESIS XII. *Et ſi Juſtus vix ſalvabitur, impius & peccator ubi parebunt.* 1. Petri 4. v. 18. Triplex eſt enim ſalus: I. Corporis, quæ in *Sanitate*, ſeu bona valetudine ejuſdem conſiſtit. II. Animæ, quæ in *Converſione* à peccato ad Juſtitiam, & Gratiam conſiſtit. III. Animæ, quæ in corporis & animæ *æterna felicitate* obtenta conſiſtit. *vide Corn. à Lap. in hunc textum.* *Salus hominis.*

THESIS XIII. *His autem fieri incipientibus reſpicite, & levate capita veſtra.* *Judicium teribile, & Optabile.*

*ſtra.* Luc. 21. v. 28. I. *Terribile*, quidem Judicium, ſed peccatoribus, II. Juſtis autem *Optabile* & ſuave. *S. Chyſoſt. hom. 3. de Davide & Saule.*

*Judex ſupremus.*

THESIS. XIV. *Omnes enim ſtabimus ante Tribunal.* Rom. 14. v. 10. Meticuloſum eſt omni viventi cauſam coram te agere criminalem, quia I. cùm ſis *Potentiſſimus*, manus tuas nemo poteſt effugere. II. Cùm ſis *Sapientiſſimus*, oculos tuos nihil poteſt latere. III. Cùm ſis *Æquiſſimus*, animum tuum nemo poteſt corrumpere. *Innocent. III.*

THESIS XV. *Cœlum & terra tranſibunt.* Luc. 21. v. 33. Nihil tam efficax, quod à creaturis animum abſtrahat, quàm mundi incendium; ubi I. *Voluptates* in flammas. II. *Dignitates* in fumum. III. *Divitiæ* in cineres abeunt.

DO-

# DOMINICA II. ADVENTUS.

THESIS I. *Beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me.* Matth. 11. v. 6. Tribus hominum generibus Chriſtus extitit offendiculo: I. *Incredulis*, qui ſcandalizati fuerunt ſuper imbecillitate ſuæ Infantiæ, quam nolebant credere. II. *Mollibus*, qui ſcandalizati ſunt ſuper Auſteritate vitæ ſuæ, quam noluerunt ſequi. III. *Superbis*, qui ſcandalizati ſunt ſuper ignominia Mortis ſuæ, quam profiteri noluerunt. *Dyon Capucin.* *Chriſtus quibus ſcandalum?*

THESIS II. *Quid exiſtis in deſertum videre?* Matth. 11. v. 7. Joannes tres proprietates à ſua perſona inſeparabiles exhibuit: I. prima fuit *Humilitas*, quæ lapis offenſionis fuit Grandibus, & ſapientibus hujus ſæculi. II. *Paupertas*, quæ Divitibus non placuit. III. *Auſteritas* vitæ, ſcandalum *Joannis Virtutes.*

ſcilicet mollibus & delicatis. *P. Weſpin in ſuo Morali Evangelico.*

*Recurſus ad Chriſtum.* THESIS III. *Mittens duos de diſcipulis ſuis.* Matth. 11. v. 2. Joannes in vinculis mittit non ad Herodem, neque ad Principes hujus Mundi, ſed ad Chriſtum; ita nos quoque diſcipulos noſtros eò dirigamus; ſcilicet I. *Memoriam* beneficiorum acceptorum. II. *Intellectum*, Deum Creatorem & Dominum noſtrum agnoſcendo. III. *Voluntatem*, amando, & miſerias ei noſtras proponendo. *Finetti in Conſid. Moral. ſuper Evang.*

THESIS IV. *Mittens duos de diſcipulis ſuis.* Matth. 11. v. 2. I. Aliqui in adverſitatibus ſuis mittunt *ad Dæmonem*, ut opituletur. II. Alij *ad Homines*, ut auxilium ferant. III. Poſtremi *ad Deum* cum Joanne, ſeu ad Chriſtum, ad quem omnes opem poſtulaturi deberent mittere.

*Captivitas animæ.* THESIS V. *Joannes in vinculis.* Matth. 11. v. 2. I. Jugum Legis Captivitas *Libera* eſt. II. Jugum Peccati *miſera* eſt Captivitas. Illud honorat Juſtum,

Juſtum, iſtud facit Peccatorem inhonoratum. *Segneri. Manna* 1. *Aug.*

THESIS VI. *Joannes autem cum audiſſet in vinculis.* Matth. 11. v. 2. Quæ vincula? I. Joannes *in vinculis liber.* II. Herodes *in libertate vinctus.* Seu, quod idem eſt, *Libertas ſerva, Servitus libera*, S. Aug. de peccatorum libertate exclamat: Bonus etiamſi ſerviat, liber eſt; malus autem, etiamſi regnet, ſervus eſt, nec unius hominis, ſed, quod eſt gravius, tot dominorum, quot vitiorum, *l. 4. de Civit. c. 3. vide etiam Groſſez.* 1. *Aug.*

THESIS VII. *Joannes autem in vinculis.* Matth. 11. v. 2. Qualia vincula? Dantur quatuor vinculorum genera: I. Vinculum *Naturæ*, quale eſt Corpus, quod includit animam. II. Vinculum *Peccati*, in quo naſcimur, & vix non ſemper conſtricti vivimus. III. Vinculum *Pœnæ*, quo ligantur Rei in carcere. IV. Vinculum *Legis* Dei, & amoris, quæ captivitas glorioſa eſt. Horum Primum ſuffer, ſecundum rumpe, tertium devita, quartum ambi, manus pedeſque his manicis & pedicis porrige; juxta illud: Vincula ejus

alligatura Salutis. *Eccl. 6. v. 31. vide quoque Segneri Manna* 1. *Aug.*

THESIS VIII. *Joannes autem cùm audiſſet in in vinculis.* Matth. 11. v. 2. varia ſunt vincula, ſed maximè. Vincula peccatorum, quibus retinentur in poteſtate dæmonis, ne ad pœnitentiam feſtinent, ſunt. I. *Incredulitas* de rebus alterius vitæ. II. *Spes longioris vitæ,* III. *Deſperatio* vel diffidentia Dei. IV. *Pœnitentiæ horror* ob difficultatem, & auſteritatem. V. *Exemplum malorum* ſeu aliorum peccatorum. VI. *Reſpectus humani.* VII. *Neglectus Salutis,* & Mediorum ad illam. VIII. *Præſumptio* de Miſericordia Dei. IX. *Obſtinatio* in malo. Suſpirabam ligatus non alieno ferro, ſed ferrea voluntate; velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat. *S. Aug. l.* 8. *Conf. c.* 5. *Math. Faber hic Conc.* 6.

*Vita bona.* THESIS IX. *Euntes renunciate Joanni, quæ audiſtis, & vidiſtis.* Matth. 4. v. 11. Vita vel invita ſeipſam prodit uniuscuiuſque, ſcilicet prodit ſe I. *Moribus.* II. *Operibus.* III. *Verbis:*

*bis*; ſeu more, ore. re. *Alexand. Pellegrini in Paradox. Evang.*

THESIS X. *Mittens.* Matth. 11. v. 2. I. Non mittitur ſæpe, *quò* mittendum. II. Non mittitur, *quandò* mittendum. IV. Non mittitur, *pro quo* mittendum eſt, quid mirum, ſi Miſſio noſtra nihil efficiat? *Recurſus ad Chriſtũ qualis ſit?*

THESIS XI. *Cæci vident.* Matth. 11. v. 2. Duplex cœcitas ſpiritualis eſt I. eorum, qui malè vident. II. eorum, qui nihil vident, vel I. eorum, qui *vident id, quod non eſt*, vel non oportet videre. II. eorum, qui *non vident id, quod eſt*, & oportet videre. Prior cœcitas contingit iis, qui vident in bonis terrenis felicitatem, quæ non eſt; in peccato innocentiam, quæ non eſt; in Deo aliquam miſericordiam, quæ non eſt, nec eſſe poteſt. Poſterior cœcitas eorum eſt, quos ſuperbia, voluptas, divitiæ excœcant. & ſic in tenebris, quaſi in luce ambulant. Job. 24. Educ foras populum cœcum, & oculos habentem. Iſaiæ 43. Cœcitatis duæ ſpecies facilè concurrunt, ut, qui non vident *Cœcitas.*

quæ

quæ ſunt, videre videantur quæ non ſunt. *Tertull.* *Bretteville* Dom. 2. Adv.

*Peccator repugnat Deo* THESIS XII. *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur &c.* Matth. 5. v. 5. Chriſtus omni potentia ſua laborat, ut *procuret* Sanitatem peccatori. II. Peccator ex parte ſua omnibus viribus allaborat, ut ſanitatem ſuam *impediat*; imò Chriſtus omnibus ſuis attributis, Bonitate, Sapientia, Liberalitate &c. noſtram ſalutem evincere contendit, nos omnia ipſius ſtudia irrita facimus. Atque ita, ut Petrus Damiani dicit, facit Deus de veneno medicamentum, nos de medicamento venenum facimus. Tetendit enim adverſus Deum manum ſuam, & contra Omnipotentem roboratus eſt. Job. 15. v. 25. *Concluſio erit: Vocavi te, & renuiſti &c.* Prov. 1. v. 24.

*Adverſitas.* THESIS XIII. *Joannes in vinculis.* Matth. 11. v. 2. I. Crux, & adverſitates verè Chriſtianis *dulces* videntur. II. Crux, & adverſitates Mundi aſſeclis *intolerabiles*. Pone calamitatem, pone paupertatem, pone dolorem; pono Deum S. Chryſoſt. Omne malum aut timore, aut pudore Natura perfudit,

dit; malefici geſtiunt latere, trepidant deprehenſi, negant accuſati: Chriſtianis verò quid ſimile? neminem pudet, neminem pœnitet . . . quid hoc mali eſt, cujus reus gaudet, cujus accuſatio votum eſt, & pœna felicitas? *Tertull. in Apoleg. adverſus Gentes. c. 1.*

THESIS XIV. *Qui mollibus veſtiuntur, in Domibus Regum ſunt.* Matth. 11. v. 2. Sanctitas rarò apud Nobiles hujus mundi invenitur, quia inconſtantia hujus mundi eos ad malum trahit, velut arundinem vento agitatam, ſcilicet vento ambitionis, vanitatis, invidiæ, vindictæ &c. item quia vita eorum delitioſa oppoſita eſt virtuti, & cruci Chriſti. *Virtus rara Nobilium.*

THESIS XV. *In Domibus Regum ſunt.* Matth. 11. v. 2. Politica Politicorum, Regnorúmque pernicies. I. Patet in Joſepho: ita ab eis venditus fuerat Joſeph, ſed ideò eſt adoratus, quia venditus. *S Gregor. 6. Moral. c. 12.* II. Patet in Caipha: Scidit veſtimenta ſua, & neſcius quid hac ſignificaret inſania, Sacerdotali ſe honore *Politica.*

nore

nore privavit. *S. Leo Serm. de Paſſ. Dom.* Scilicet, Regna terræ, & jura Regnorum tunc ſanè ſana ſuis Dominis, atque illæſa perſiſtunt, ſi Divinis Ordinationibus ac diſpoſitionibus non reſiſtunt. *S. Bern. Ep. 255. ad Ludov. Francorum Regem. Vide Alexandrum Pellegrini in Paradoxis.*

THESIS XVI. *Joannes in vinculis.* Matth. 11. v. 2. I. Innocentia in carcere. II. Scelus in *Aula.* III. Veritas in *deſerto.* Hoc eſt Joannes in vinculis. Qui mollibus veſtiuntur, in Domibus Regum ſunt. Quid exiſtis ( *in deſertum* ) videre? Prophetam? etiam Dico vobis, & pluſquam Prophetam. *Durand. Doct. Theol.*

*Cœcitas.* THESIS XVII. *Cœci vident.* Matth. 11. v. 5. Duplex Cœcitas Spiritualis datur in mundo. I. Illorum qui *malè* vident, e. g. videndo felicitatem in bonis terrenis, innocentiam in peccato, miſericordiam certam in Deo, quæ in eo eſſe non poteſt. II. Eorum, qui *nihil* penitus vident, cùm tamen præſens objectum viſibile ſit, excœcati videlicet fumo ſuperbiæ, igne luxuriæ, & pulvere divitiarum. Cœcitatis duæ ſpecies facilè con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

concurrunt, ut, qui non vident, quæ ſunt, & videre videntur, quæ non ſunt. *Tertull. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem.* Iſaiæ 43. v. 8.

# DOMINICA III. ADVENTUS.

THESIS I. *Tu qui es?* Joan. 1. v. 19. Ut te ritè cognoſcas, te ipſum interroges, oportet: I. *In Ordine Naturæ*; quid fueris ſecundùm eſſe tuum ante formationem tuam? quid modò ſis in tua exiſtentia, ſeu conſiſtentia? quid futurus ſis in morte, ſeu tua deſtructione? II. *In Ordine Gratiæ*; quid fueris ante peccatum? quid modò in peccato? quid futurus ſis poſt peccatum? *Franc. de Weſpin. S. J. in Moral. Evang.* *Homo quid ſit*

THESIS. II. *Dirigite viam Domini.* Joan. 1. v. 23. Quatuor enim ſunt viæ hominis. I. Via *Infirmitatis.* II. Via *Neceſſitatis.* III. Via *Vanitatis.* IV. Via *Veritatis.* Prima eſt Jerichuntina *Via.*

tina, per quam tranſit homo, in imagine Dei, more flüentis aquæ; ſecunda eſt via univerſæ carnis, Mortis: tertia via in peccatis: quarta eſt Charitas. *Petrus Bleſſ. Serm. 2. in Adventu.*

*Peccator.* THESIS III. *Parate viam Domini.* Matth. 3. v. 3. Peccatores vadunt cogitando. II. cadunt conſentiendo. III. Conteruntur operando. IV. Illaqueantur per conſuetudinem. V. Capiuntur in morte. *Hugo Card. ſup. Proverb. c. 28.*

*Via.* THESIS IV. *Parate viam Domini.* Matth. 3. v. 3. Tria ſunt genera, quæ odit via cæli: I. *Remanentem.* II. *Retrocedentem.* III. *Aberrantem.* *S. Aug. tit. de reditu ad Patriam.*

*Vox.* THESIS V. *Ego vox.* Joan. 1. v. 23. Joannes totus erat vox, quia omnes ipſius operationes clamabant; *Oculi, manus, lingua, pedes, veſtimentum* in Joanne vox erant, quia illis omnibus prædicabat Modeſtiam, Humilitatem, Contemptum Mundi; vox, quæ etiamnum noſtris inſonat auribus,

præ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præbens bonum exemplum. Etiam hodie clamat Joannes exemplo, & verbo, & vocis ſuæ tonitruo deſerta noſtrorum concutit peccatorum. *S. Ambroſ. Serm. 9. Finetti Clericus Regular.*

THESIS VI. *Non ſum.* Joan. 1. v. 21. Homo nihil eſt I. conſideratus in Statu *Naturæ.* II. in Statu *Gratiæ.* III. in Statu *Peccati.* IV. in *Comparatione* cum aliis. *Segneri. Manna* 1. *Aug.* *Humilitas.*

THESIS VII. *Parate viam Domini.* Matth. 3 v. 3. Triplex ad Gratiam præparatio. I. Una ad Gratiam *Prævenientem.* II. Altera ad *Sanctificantem.* III. Tertia ad *augmentum* Gratiæ Sanctificantis. *Mendoza in l. 1. Reg. c. 7. fol. 476.* *Gratia.*

THESIS VIII. *Tu quis es?* Joan. 1. v. 21. Cognitio ſui ſtat in tribus, I. ut cognoſcat homo; quid *facit.* II. quid *meruit.* III. quid *amiſit.* *S. Bern. Serm. de 7. gradib. Confeſſ.* *Cognitio ſui.*

THESIS IX. *Tu quis es?* Joan- *Humilitas.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1. v. 21. I. *Eſſe* bonum, & *videri* bonum res eſt periculoſa. II. *videri* bonum, *& non eſſe* bonum, hypocriſis eſt vitioſa. III. *Eſſe* bonum, *& non videri* bonum, eſt conditio optima, & ſtatus humilium. *Craſſet.*

*Vox.* THESIS X. *Vox clamantis.* Joan. 1. v. 23. Triplex vox nos vocat ad pœnitentiam. I. una *è Cœlo*, qua Beati teſtantur, ſe non niſi duce Pœnitentiæ eò perveniſſe. II. Altera *ex Sepulchro*, qua mortui nos inſtruunt de vanitate earum rerum, quæ nobis impedimento ſunt ad agendam pœnitentiam. III. Tertia *ex Inferno*, qua Damnati nobis ſignificant, ſe non alia de cauſa æternùm infelices eſſe, quàm quòd pœnitentiam agere neglexerint.

*Impedimenta vocis.* THESIS XI. *Vox clamantis.* Joan. 1. v. 23. Quatuor impedimenta ſunt, ne vox aliqua audiatur. I. Si organum auditûs deſtructum eſt. II. Si aures digito obturantur. III. Si interlocutores adſunt. IV. Si ſtrepitus, vel tumultus excitetur. Primum fit, ſi in loquente non conſideratur Deus; ſecundum, per carnalia deſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deſideria; tertium per reſpectum humanum; quartum per curas, & animi perturbationes.

THESIS XII. *Vox clamantis.* Joan. 1. v. 23. Peccator omnis econtra habet vocem feræ. I. Superbus vocem Leonis. II. Avarus vocem Milvi. III. Luxurioſus vocem Porci. IV. Iratus vocem Serpentis. V. Invidus vocem Draconis. VI. Guloſus vocem Lupi. VII. Piger vocem Onagri. *Vide le Blanc in Pſ. 76. v. 2. tom. 4. ſect. 1. Art. 1.* *Vox.*

THESIS XIII. *Non ſum.* Joan. 1. v. 21. Aliqui non ſunt in ſe, nec ſunt apud alios Boni. II. Aliqui non ſunt in ſe, ſunt tamen in opinione aliorum Boni. III. Aliqui ſunt in ſe, & non ſunt apud alios Boni. IV. Aliqui ſunt in ſe, & ſunt apud alios Boni. Ita nempe Mundus vult decipi: non ita res habet apud Deum. *Craſſet.* *Deceptio hominum.*

THESIS XIV. *Medius autem veſtrûm ſtetit, quem vos neſcitis.* Joan. 1. v. 26. I. Maxima pars hominum non verè quærunt Deum. II. Vel ibi *Deus quærendus.*

quærunt, ubi non eſt, neque eſſe poteſt, ſcilicet in peccato, vita delicioſa &c. Sunt quidam quærentes Deum per exteriora, deſerentes interiora ſua, quibus Deus interior eſt. *S. Aug. de Spir. & Anima c. 51. Quærite, quod quæritis, ſed ibi non eſt, ubi quæritis eum. id. 4. Conf. 12.*

*Peccator. infelix.* THESIS XV. *Medius autem veſtrûm ſtetit.* Joan. 1. v. 26. Infelicitas Peccatorum ex duplici fonte promanat. I. Quia non cogitant, quòd *Deus ipſis* præſens ſit. II. Quia non cogitant, quòd *ipſi Deo* ſint præſentes. *P. Nepveu in Cogit. Chriſtian. 11. Febr.*

*Superbus.* THESIS XVI. *Tu quis es?* Sicut tempore Belli, nemo ab Excubiis interrogatus: Quis? reſpondet: Hoſtis; ſic nullum ab Eccleſia interrogatus: Tu quis es? reſpondet: Homo peccator ſum. Interroga per omnes ſtatus, infantem, puerum, juvenem virum, ſenem, omnes ſuperbè reſpondent: *Non ſum.*

*Honor.* THESIS XVII. *Non ſum ego Chriſtus.* Joan. 1. v. 20. Verus modus

acquirendi honorem eſt illum contemnere, uti videre eſt in Moyſe coronam Ægypti recuſante: Conſtitui te Deum Pharaonis. I. Qui mundi gloriam ardenter quærit, ipſam non invenit. II. qui verò eam contemnit, ipſam adipiſcitur. Gloriam enim contemnere eſt ipſam obtinere, *Hector Pintus in c. 16. Ezech. Bern. Finetti. Conſid. Moral. hìc.*

THESIS XVIII. *Rectas facite ſemitas.* Matth. 3. v. 3. Vide infra Dom. 4. poſt Paſcha. Theſi 1. de Semita peccatorum. *Semita peccatorum.*

THESIS. XIX. *Non ſum.* Joan. 1. v. 21. Diſce à S. Joanne non uſurpare titulos tibi *non debitos.* Non ſum ego Chriſtus: II. abſcondere etiam *congruos*: Propheta es tu? & reſpondit: non. Confiteri *humiles*: Ego vox. *Durand. Doct. Theol.* *Humilitas*

# DOMINICA IV. ADVENTUS.

THESIS I. *Prædicans Baptiſmum* Pœ- *Pœnitentia.*

*Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 3. Omnia, quæ videmus ſupra nos, intra nos, circa nos, prædicant nobis Pœnitentiam. I. *Super nos*: Deus conſulit, præcipit, inſtruit ſuo exemplo, ut ita dicam, Miſerendo iterum hominis, quem è paradiſo ejecerat. II. *Intra nos*: Miſeria ipſa, quæ premit, peccatorem ad pœnitentiam inducit, ut eâ liberetur. III. *Circa nos*: Dies è tenebris noctis emergens; Stellæ lumen, amiſſum in die, noctu reparantes; Arbores, prata, horti, deperditum in hyeme decorem recuperantia; Mundus totus ex ſepulchro nivium, tenebrarum &c. reſurgens.

*Fructus Pœnitentiæ.*

THESIS II. *Facite Fructus dignos pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. I. Primus fructus eſt, ut quis *puniat* in ſe, quod comiſit. II. Secundus, ut *fugiat* peccata, & occaſiones peccati. III. Tertius eſt, ut tantùm *Studeat* ad bene agendum, quantum ſtuduit ad peccandum. *S. Thom. Aquin. in Matth.* 3. *Huc illud S. Remigij ad Clodovæum: Adora, quod incendiſti; incende, quod adoraſti.*

THESIS III. *Facite Fructus dignos Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. Vel Baptiſmum

ptiſmum Pœnitentiæ. Qui bene exprimitur illo verſiculo: Aſperges me hyſopo & mundabor, lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. Pſ. 50. I. Incipientium eſt *aſpergi.* II. Proficientium *lavari.* III. Perfectorum ſuper nivem *dealbari.* Primum fit per Gratiam juſtificantem mediante Confeſſione: Secundum fit tollendo reliquias peccati condonati, Tertium fit inducendo virtutes contrarias peccatis præteritis. *Alexander Diotallevi in Pſ. Miſerere citato verſu.*

THESIS IV. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. Iſte omnis fructus, ut auferatur peccatum Iſai. 27. Ad veram pœnitentiam requiritur. I. Ut *Cor* peccata deteſtetur. II. Ut *Lingua* peccata confiteatur. III. Ut *Manus* pro peccatis ſatisfaciat. Seu, quod idem eſt Cordis dolor, Oris confeſſio, & Manûs ſatisfactio ſunt tria ad veram pœnitentiam neceſſaria. *La Selve Conc. 10. in Adventu.*

THESIS V. *Facite fructus dignos* *Gratia.*
*pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. Ad hoc, ut quis pœnitentiam agat, debet habere

*Tempus*, *Gratiam*, & *Voluntatem* pœnitendi. I. Incertitudo temporis. II. Incertitudo gratiæ. III. Incertitudo voluntatis ſunt tria Motiva non differendi pœnitentiam. *La Selve fer.* 4. *poſt Dom.* 1. *Quadrageſ.*

*Tempus.* THESIS VI. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. Qui ritè pœnitentiam agit, nullum tempus perdit. I. Non *Præteritum*, quod reſtaurat, recogitans annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ. II. Non *Præſens*, quod tenet per exercitium boni operis. III. Non *Futurum*, quod diſponit per conſtantiam boni propoſiti. *S. Bernard. lib. Sent.*

*Pœnitentia.* THESIS VII. *Facite fructus dignos Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. Dico tibi, quòd omnia te impellant ad agendam Pœnitentiam: I. Deus, qui hanc præcipit. II. Mundus, qui te decipit. III. Tempus, quod elabitur. IV. Mors, quæ appropinquat. V. Æternitas, quæ inſtat. VI. Libri, qui nos monent. VII. Concionatores, qui nobis minantur. VIII. Confeſſarii, qui nos urgent. IX. Chriſtus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

denique ipſe, qui quà verbis, quà minis ſalutem noſtram intendit.

THESIS VIII. *Prædicans Baptiſmum Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 3. Niſi enim pœnitentiam egeris, dubium, an ſemper præſto tibi? I. *Tempus*, quod nunc habes. II. *Gratia*, quæ modò tibi offertur. III. *Voluntas*, quam modò ſentis. Accedit, quòd, qui tempore abutitur, illo privetur: qui gratia abutitur, illâ privetur: qui libertate abutitur, illa quoque privetur. *Confeſſio.*

THESIS IX. *Videbit omnis Caro Salutare Dei.* Luc. 3. v. 6. Qui in peccato mortali exiſtens hoc ſacratiſſimo tempore ánimum Confeſſione non expiat. I. Chriſtum advenientem cum Bethleemitis excludit. II. Cum Herode Infantem perſequitur. III. Præſepe Domini in Calvariæ montem vertit.

THESIS. X. *Videbit enim omnis Caro Salutare Dei.* Luc. 3. v. 6. Triplicem Nativitatem habet Chriſtus: I. Æternam in ſinu Patris. II. Temporalem in terris ex MARIA. III. In cordibus hominum per verbum Dei. *Nativitas Chriſti.*

Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Pater ergo cœleſtis, MARIA, & Concionatores pariunt.

*Inſpiratio,* THESIS XI. *Prædicans.* Luc. 3. v. 3. I. Inſpiratio Divina eſt gratia *occulta*, dum recipitur. II. Fit *publica*, quando illam homo ſequitur.

*Pœnitentia.* THESIS XII. *Baptiſmum Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 3. I. Pœnitentia redditur *impoſſibilis*, ſi amor peccati eam differre facit. II. *Inutilis*, ſi interrumpitur per peccatum. III. *Scandaloſa*, ſi fit cum peccato. *Diction. Apoſt.*

*Pœnitentia.* THESIS XIII. *Prædicans Baptiſmum Pœnitentiæ.* Luc. 3 v. 3. I. Non eſt *Tempus*, in quo pœnitentia non ſit neceſſaria, cùm Joannes tempore, quo Chriſtus Redemptionem ipſe inſtituit, eam annunciârit. II. Non eſt *Perſona* à pœnitentia exempta, cúm ipſe Joannes in Deſerto eam ſuſceperit. III. Non eſt *Locus*, ubi pœnitentia non ſit neceſſaria, cùm eam Joannes circa Jordanem, fluvium ſacrum, prædicavit. *Durand. in Caract. Sanctor. p. 2. hic.*

*Neceſſaria omnibus.* THESIS XIV. *Facite fructus dignos Pœnitentiæ.* Luc. 3. v. 8. Evangelium

lium loquitur de triplici genere hominum. I. Eorum, qui *non cognoſcunt* Deum, *neque illi ſerviunt*, quales ſunt Pagani, Tiberius, Pilatus, Lyſanias; hi indigent pœnitentiâ, ut de ſua Infidelitate *ad frugem redeant.* II. Secundò: Eorum, qui *cognoſcunt*, & tamen *non ſerviunt*, vel malè ſerviunt Deo, quales ſunt Annas, & Caiphas; Hujusmodi indigent Pœnitentiâ, ut *peccata* ſua *deleant.* III. Eorum, qui *cognoſcunt* Deum, & bene ei *ſerviunt*, quales ſunt Joannes, Zacharias; hi indigent pœnitentiâ, ut *Innocentiam* ſuam *conſervent. id. ibid.*

# DOMINICA poſt NATIVITATEM.

THESIS I. *Serviens Die, ac Nocte. Luc. 2. v. 37.* Per Diem felicitas & proſperitas, per Noctem adverſitas & tribulatio intelligi poteſt, atque exinde concludi, quòd illa anima non verè ſervit Deo, quæ non omni tempore, & in quovis ſtatu rerum Deo ſervit, ſicut hæc Vidua, quæ *Deo omni tempore ſerviendû.*

die

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

die ac nocte, hoc eſt in utroque tempore tam Conjugij, quàm Viduitatis, tam in proſpera, quàm in adverſa fortuna in ſervitio, & obſequio Divino conſtanter permanſit. *Bernard. Finetti in Reflexionib.*

*Chriſtus Signum.* THESIS II. *In Signum, cui contradicetur.* Luc. 2. v. 34. I. Chriſtus Signum eſt in ſua *Nativitate*, in ſua *Paſſione*, in ſua *Reſurrectione*. II. Cui contradicitur à mundo per ſua axiomata contraria, & vitam Doctrinæ ſuæ oppoſitam. III. Atque hinc eſt, quòd Chriſtus pluribus in Ruinam ſit, veluti occaſio, & per juſtam ſubtractionem ſuarum gratiarum.

*Devotio.* THESIS. III. *Non diſcedebat de templo.* Luc. 2. v. 37. Non omnis Devotio vera Devotio eſt: Datur enim I. *Hypocritica*, quæ ſimulata eſt. II. *Heteroclita*, quæ à communi regula recedit. *Anomala*, quæ ſingularitatem præ ſe fert. Qualis eſt illorum, qui pridie Feſtum ad ſacram Synaxin, non ipſo Feſto accedunt, ne cum plebe id commune habeant; qui non ſtant ad lectionem Evangelij, nec genu flectunt ex more Eccleſiæ, &c.

THE-

THESIS IV. *Puer autem creſcebat, & confortabatur.* Luc. 2. v. 40. Parentes filiis præſtare debent. I. Vitæ *Subſidium*, Patris cœleſtis exemplo, animalium irrationalium ſtudio, Naturæ ſuffragio. II. Educationis *Studium*, ſuadet dilectio paterna, ſocietas humana, Providentia Divina. III. Salutis *Auxilium*, per Diſciplinæ Chriſtianæ inſtructionem, Exempli ædificationem, juſtam Correptionem. *Vivien. in Tertul. Prædic. verbo Juſtitiæ Lex.* — *Parentes quid filiis?*

THESIS V. *Et hæc vidua.* Luc. 2. v. 37. A trina ſervitute liberatur Vidua. I. A ſtudio viro placendi. II. Cura prolis educandæ. III. Solicitudine providendi domui neceſſaria. *Tertull. Prædic. Vivien p. 2. Conc. 3. verbo Caſtit. vidual.* — *Vidua.*

THESIS VI. *Et hæc vidua.* Luc. 2. v. 37. Triplex ſterilitas invenitur. I. Una *Naturæ* ex defectu prolis. II. Alia *Fortunæ* ob defectum Bonorum. III. Alia *Gratiæ* ex defectu conſolationum ſpiritualium. *Craſſet in Conſid. feſto S. Annæ.* — *Sterilitas.*

THESIS VII. *Non diſcedebat de templo, jejuniis & obſecrationibus ſerviens* — *Devotio.*

noctè

*nocte ac die.* Luc. 2. v. 37. I. Devotio debet proficiſci ex perfectione ſtatûs interni.. II. Devotio debet apparere in omnibus externis actionibus. IIII. Devotio debet ſe ſeparare à creaturis. *Dictionar. Apoſt.*

*Vidua.* THESIS VIII. *Et hæc Vidua.* Luc. 2. v. 37. I. Vidua debet eſſe modeſta in ſuo veſtitu. II. Debet eſſe cauta in ſuis viſitationibus. III. Debet eſſe tranquilla in ſuis Negotijs. *Dict. Apoſt.*

THESIS IX. *Et hæc vidua.* I. A Meditatione mortis Chriſti ſolatium quærat in morte Mariti ſui. II. Conſideratio mortis Mariti ſui ipſam ad mortem ſuam diſponat. III. Cogitatio de morte ipſam mundo mortuam oſtendat. *ibid.*

*Imitatio.* THESIS X. *Puer autem creſcebat.* Quatuor in Evangelio hodierno comparent Perſonæ. I. *JESUS adhuc Infans*; imitentur Chriſtiani Chriſtum Infantem, & creſcant in ſapientia, & virtute. II. *MARIA ſexdecim annorum*; imitentur Virginem, in juventute ſua conſervando puritatem. III.

*Jo-*

*Joſeph in virili ætate*; imitentur Joſephum, vivendo pariter in perfecta Juſtitia. IV. *Simeon ſenex*; imitentur Simeonem perſeverando usque in finem in laude Dei. *Durand. in Charact. Sanctor. part. 2. hic.*

# DOMINICA I. poſt EPIPHAN.

THESIS I. *Dolentes quærebamus te.* Luc. 2. v. 48. Notandum, tres eſſe cauſas, quæ quærentes fruſtrare ſolent. I. cùm ſcilicet aut *non in tempore* quærunt. II. Aut *non, ubi oportet*, quærunt. III. Aut *non*, *ſicut oportet. S. Bern. Serm. 75. in Cant. P. Weſpin in Morali Evangelico.* *Quomodo quærendus?*

THESIS II. *JESUS annorum duodecim.* Luc. 2. v. 42. Chriſtus ſicut in illo ipſo Homine, quem geſſit, ita in noſtris mentibus quosdam gradus corporeæ ætatis exequitur: I. Naſcitur. II. Creſcit. III. Roboratur. IV. Seneſcit: ſed orandus, ne in nobis diu, aut jugiter Parvulus, aut infirmus, *Chriſtus in nobis creſcat.*

&

& pauper ſit. *S. Paulin. ep. 3. ad Severum.*

THESIS III. *Proficiebat Sapientiâ, & ætate.* Luc. 2. v. 52. Quomodo creſcere poſſimus I. ad ipſum. II. cum ipſo. III. in ipſo? ſcilicet extirpatione vitiorum, acquiſitione virtutum, Unione. *Segneri Manna 26. Aug.*

*Status animæ.*

THESIS IV. *Remanſit Puer in Jeruſalem.* Luc. 2. v. 43. Triplex ſtatus animæ, *Poſſidentis, Perdentis, Invenientis* DEUM. I. Extrema conſolatio animæ juſtæ, quæ poſſidet Deum ſuum. II. Extrema deſolatio animæ, quæ per peccatum perdidit Deum ſuum. III. Extrema ſolicitudo animæ pœnitentis, quæ, ut iterum inveniat, anxia eſt. *Düon Capucin.*

*Chriſtus perditus.*

THESIS V. *Non invenientes.* Luc. 2. v. 45. I. Anima elongat ſe à Deo Infidelitate. II. Deſerit oblivione, tepiditate, negligentia. III. Incipit perdere peccato veniali. IV. Omnino perdit peccato mortali. *Craſſet. in Conſid.*

THESIS VI. *Quærebamus te.* Luc. 2. v. 48. Tripliciter Deus quærendus

rendus eſt. I. *Veraciter*, id eſt vera fide. II. *Ferventer*, id eſt ferventi animo. III. *Perſeveranter*, id eſt firma fide. *Hugo Cardinal.*

THESIS VII. *Quid eſt, quòd me quærebatis?* Luc. 2. v. 4.9 Tripartitum eſt genus quærentium Deum. I. Alii quærunt, & non inveniunt. II. Alii quærunt, & inveniunt, ſed non retinent, quia non quærunt, ut habeant, ſed vendunt. III. Alii quærunt, & inveniunt, & retinent. Primi quærentes nullo modo inveniunt; Secundi vivum inveniunt, & occidunt; Tertii mortuum quærunt, & vivum inveniunt. *Hugo à S.Victore.* *Quærendus.*

THESIS VIII. *Dolentes quærebamus te.* Luc. 2. v.48. Chriſtum quærenti quatuor conditiones obſervandæ ſunt. I. Temporis opportunitas. II. Loci congruitas. III. Quærentis humilitas. IV. Quæſiti Utilitas. *S. Bonavent. Serm. 5. Dom. infra Octav. Epiph.*

THESIS IX. *Quid eſt, quòd me quærebatis?* Luc. 2. v. 49. Ex hodierna Chriſti concione habent, quod diſcant; I. Parentes. II. Liberi. III. *Chriſtus docens.*

Conjugati. IV. Cognati. V. Clerici. VI. Omnes. *Math. Faber hìc Conc.* 8.

THESIS X. *Invenerunt illum.* Luc. 2. v. 46. Præſtat non inveniendo invenire Deum, quàm inveniendo non invenire. I. Primi ſunt, qui inveniunt Deum in deſolatione, in tribulatione, utpote quem habent, & non vident. II. Secundi ſunt, qui perdunt Deum in conſolatione, utpote nihil vel parùm agendo eum dimittunt. Juxta illud S. Auguſtini: *Si quis non intelligat te, gaudeat, & ſic amet non inveniendo invenire te potiùs, quàm inveniendo non invenire. L. 1. Confeſſ. c. 6.*

*Chriſtus ubi quærendus?*

THESIS XI. *Requirebant eum inter cognatos, & notos.* Luc. 2. v. 44. I. Noli quærere Deum in *Familia*: Diſcordia eum ibi arcet. II. Noli quærere Deum in *Cœtu* hominum: Maledicentia eum ibi excludit: III. Noli quærere Deum in *Negotio.* Amor proprius, ſeu ſtudium Commodi privati eum ibi expulit.

*Dies Feſt'.*

THESIS XII. *Factum eſt poſt triduum, invenerunt illum.* I. Nihil facilius, quam Deum *Perdere.* II. Nihil diffi-

difficilius quàm perditum *Invenire* I. Jacturæ ſeu perditionis Gratiæ ſex cauſæ ſunt: 1. in die Feſto perditus eſt Chriſtus, quia in eo plura peccata fiunt. 2. Quia plurimi, ut templo exeunt, fervorem deſerunt. 3. Quia mundanis rebus infixi obliviſcuntur Dei. 4. Quia ſe miſcent cum aliis pravis ſociis. 5. Quia non agnoſcunt, nec intelligunt Gratiam, quid ſit. 6. Quia non evitant pericula. II. Difficilis inventionis rationes ſunt. 1. Quia homo plurimis obſtaculis reſiſtere debet, & ea ſuperare, ut inveniat. 2. Non ceſſare, neque defatigari in quærendo, & implorando gratiam. 3. Adhibere multa pia, & bona opera Confeſſionis, jejunii &c. *Non invenitur in terra ſuaviter viventium. Job. 28. v. 13. Bretteville.*

THESIS XIII. *Remanſit Puer JESUS.* Luc. 2. v. 43. Qui perdit Chriſtum per peccatum, non poteſt ipſum invenire niſi poſt triduum. I. Contritionis. II. Confeſſionis. III. Correctionis. *S. Vincent. Ferrer. Serm. 4. Dom. inf. Octav. Epiphan.* *Triduum.*

THESIS XIV. *Quærebamus te.* Luc. 2. v. 28. Corde toto quærendus *Chriſtus quærend⁹.*

C 2 eſt

eſt Deus tripliciter: I. ſine Intermiſſione. II. Sine Remiſſione. III. Sine Diviſione. *Le Blanc. in Pſal.* 118. v. 2.

*Chriſtus, B.V.* THESIS XV. *Erat ſubditus illis.* Luc. 2. v. 51. Utrinque miraculum, I. Quòd Deus Fæminæ obtemperet: *Humilitas ſine exemplo.* II. Et quod Deo Fæmina principetur: *Sublimitas ſine Socio. S. Bern. Serm. 2. ſuper miſſus eſt.*

*Parentes.* THESIS XVI. *Erat ſubditus illis.* Luc. 2. v. 51. Parentes tria debent filiis: 1. *Vitæ ſubſidium* 2. *Educationis Studium.* 3. *Salutis auxilium* I. Primum, Patris cœleſtis exemplô, Animalium irrationalium ſtudiô, Naturæ ſuffragiô. II. Secundum ſuadet Dilectio paterna, Societas humana, Providentia Divina. III. Tertium, per diſciplinæ Chriſtianæ Inſtructionem, Exempli ædificationem, juſtam Correptionem. *Vivien in Tertull. Prædic. verbo Lex Juſtitiæ. Vid. indic.*

*Feſtum.* THESIS XVII. *Secundum conſuetudinem diei Feſti.* Luc. 2. v. 42. Profanatio dierum Feſtorum ſeptem modis contingit: I. Alii otiantur. II. Alii laborant. III. Alii choreas agunt. IV. Alii taber-

nas

nas frequentant. V. Alii ludis vacant. VI. Alii nundinantur. VII Alii luxum veſtium adornant. *Faber. Dom. 16. poſt Pentec.*

THESIS XVIII. *Dolentes quærebamus te.* Luc. 2. v. 48. I. Multi parentes aliquando dolentes quærent amiſſos liberos ſuos, quos educârunt juxta Mundi placita. II. In contemptu Virtutum. III. In averſione Crucis. IV. In oblivione Dei. V. in neglectu Eccleſiæ. VI. In amore Libertatis. *Diction. Apoſt.* *Parentes.*

THESIS XIX. *Erat ſubditus illis.* Luc. 2 v. 51. Boni Parentes educant Filios ſuos I. in amore Veritatis. II. in averſione Mundi. III. in exercitio Mortificationis. *Id.*

THESIS XX. *Erat ſubditus illis.* Luc. 2. v. 51. I. Filii tenentur abſcondere defectus, & peccata Parentum. II. Filii tenentur ferre illorum impatientiam, & genium contrarium. III. Filii tenentur ipſos ſolari in ſenectute, & in morbo ſuccurrere. *Diction. Apoſtolic.* *Obligatio filiorum.*

*Liberi.* THESIS XXI. *Erat ſubditus illis,* Luc. 2. v. 51. I. Liberi vel ſolatium, vel crux Parentum. II. Hæredes eorum vel virtutum, vel vitiorum ſunt. *Ibid.*

*Feſtum.* THESIS XXII. *Secundum conſuetudinem Diei Feſti.* Luc. 2. v. 42. I. Feſti dies ſunt *Dies quietis*, hinc nos à ſtrepitu mundi elongare decet. II. Sunt *Dies inſtructionis*, hinc occaſioni intenti eſſe debemus ſuſcipiendæ doctrinæ, & Veritatis Chriſtianæ. III. Sunt *Dies Sanctitatis*, hinc conjunctionem cum Deo quærere oportet relictis creaturis. *Ibid.*

*Obedientia.* THESIS XXIII. *Erat ſubditus illis.* Luc. 2. v. 51 I. Obedientia *prima* virtus eſt, quam Deus ab homine petiit, & quam homo Deo recuſavit. II. Obedientia *ſecunda* virtus eſt, quam Chriſtus in Lege ſua à nobis petit, & quam plurimi transgrediuntur. III. Obedientia *poſtrema* virtus eſt, quæ debet finire Sacrificium noſtrum in morte, quam nemo poteſt detrectare.

*Amiſſio Dei.* THESIS XXIV. *Quærebamus te.* Luc. 2. v. 48. I. Perdimus Deum, quan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quando dimittimus *Obſequium Dei* propter Obſequium hominum. II. Amittimus Deum, quando cœptum *bonum Opus* relinquimus imperfectum. III. Amittimus Deum, quando *Cauſam Dei* in occaſione data non protegimus. *Diction. Apoſt.*

THESIS XXV. *Remanſit Puer.* Luc. 2. v. 43. I. Quando Deum perdimus propterLiberalitatem ſuam erga nos, ingratitudo enormis eſt. II. Quando dimittimus Deum propterCaſtigationem promeritam, rebellio obſtinata eſt. *Id.*

THESIS XXVI. I. *Quærebamus te.* *Periculũ.* Luc. 2. v. 48. In hoc mundo nec *Sanctitas Perſonæ* ſecuros nos facit, ne perdamus Deum: Joſeph cùm eſſet juſtus: en Sanctitas Perſonæ. II. Nec *Sanctitas Temporis*: Secundum conſuetudinem Feſti, en Sanctitas Temporis. III. Nec *Sanctitas Loci*: Remanſit Puer JESUS in Jeruſalem, Civitas ſancta, en Sanctitas Loci. *Durand. in Character. Sanctor. part. 2. hic.*

(†)



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# DOMINICA II. poſt EPIPHAN.

*Conjugiũ.* THESIS I. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. Honorabile connubium in omnibus *Hebr. 15.* & quidem honorabile in *Natura*, & ſecundum ſe ſpectatum, & honorabile in ſuis *circumſtantiis*. I. Ex parte Authoris, qui eſt Deus, qui inſtar Paranymphi adduxit eam ad Adam. *Gen. 2.* II. Ex parte Loci, ubi inſtitutum fuit, nempe in Paradiſo, loco deliciarum & benedictionum. III. Reſpectu Temporis, quod erat adhuc Innocentiæ, & integritatis Naturæ. Atque ita ratione *Principii, Loci, Temporis*, quin etiam *Finis*, qui eſt, ut Electos cœlo gignat, honorabile eſt. *P. Weſpin S. J.*

*Conjugium infelix.* THESIS II. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. Cùm Deus inſtituerit Matrimonium, eíque benedixerit, unde fit, ut tot Conjugia ſint infelicia? nempe, quòd, antequam ineatur, tribus malis Conſiliariis auris & fides præbeatur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beatur, hi ſunt. I. *Ambitio*, quæ inæqualia Conjugia ſuadet. II. *Avaritia*, quæ divitiis ſolùm inhiat. III. *Senſualitas*, quæ per ſcelera eò tendit, eáque quærit. *Idem.*

THESIS III. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. Sacramentum hoc magnum eſt, deſignans tres ineffabiles Uniones velut totidem Conjugia. I. Unionem Verbi æterni cum noſtra *Natura* in Myſterio Incarnationis. *Simile . . Homini Regi, qui fecit Nuptias Filio ſuo. Matth.* 22. II. Unionem JESU Chriſti cum *Eccleſia*, quam ſibi deſponſavit Sanguine ſuo; ſeipſum tradidit pro ea, *ut ſit ſancta, & immaculata Epheſ.* 5. III. Unionem deniq; Sancti Spiritûs cum *Anima* fideli per Gratiam, juxta illud; *Sponſabo te mihi in Juſtitia. Oſe.* 2. *Idem.* *Sanctum.*

THESIS IV. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. Matrimonii bonum tripartitum eſt: *Fides, Proles, Sacramentum.* I. In Fide attenditur, ne præter vinculum conjugale cum altera vel altero concumbatur. II. In Prole, ut amanter ſuſcipiatur, benignè nutriatur, religiosè edu- *Bonum.*

educetur. III. In Sacramento, ut conjugium non ſeparetur, & dimiſſus aut dimiſſa, nec causâ prolis, alteri conjungatur. *S. Aug. l. 9. de Geneſ. ad litteram.*

*Bonum.* THESIS V. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. Matrimonii Bona tria ſunt. I. *Fides*: hæc ſacra eſt, quia 1. promiſſa 2. in facie Eccleſiæ jurata. 3. Chriſti ſanguine ſtabilita. II. *Proles*: ordinata, ut 1. proles concipiatur 2. concepta naſcatur. 3. Nata rectè educetur. III. *Sacramentum*; Hoc cauſat 1. Unitatem carnis. 2. Unitatem cordis. 3. Unitatem habitationis. *Vivien Tertull. Prædic. p. 1. de Adulterio. c. 2.*

*Officium Mariti.* THESIS VI. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. Bonus Maritus, ut exprimat ſimilitudinem Amoris JESU Chriſti erga Eccleſiam Sponſam ſuam: I. Defectus conjugis æquo animo perfert. II. Eam amat unicè. III. Totum cor fideliter ipſi ſervat. *Nicolaus Düon Capucin.*

*Quomodo ineundum?* THESIS VII. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. Tria nos compellunt, ut,

ut, antequam contrahantur Nuptiæ, ad Deum recurramus. I. Ipſe ſtatus Matrimonii difficultatibus plenus. II. Animus malè ordinatus, & intentio mala, ut ea evitemus. III. Obligatio, vel virtutes, quas oportet exercere in hoc ſtatu. Quia ſcilicet Matrimonium jugum, ſpinæ. Virtutes ſunt honor, amor, fides, patientia, modeſtia, auxilium. *Nubant ſemper invocantes Dominum ut mediator adſit.* S. *Chyſoſt. ſerm.* 28. *de diverſ.*

THESIS VIII. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. Matrimonia perſæpe infelicia ſuut ex triplici cauſa. I. Quia non invitatur ad ea Chriſtus. II. Quia Benedictio à Cœlo non petitur, ſeu attrahitur. III. Quia in eo non purè vivitur, ut ſtatus requirit. *Bretteville.* *Conjugium infelix.*

THESIS IX. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. I. Conjugium difficile eſt Viris. II. Difficilius Fœminis. III. Longè verò difficillimum Fœminis devotioni deditis, quæ, quod patiantur, habebunt quotidie, & quidem injuſtè. *Difficile.*

THESIS X. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. Tria conſtituunt Matrimonium in Chriſto perfectum I. U- *Perfectũ.*

nio

nio voluntatis utriusque, ecce *Fides*. II. Communio bonorum & malorum, ecce *Amor*. III. Fructus Deo, conſecrandus ad obſequium, ecce *Finis*.

*Peccator.* THESIS XI. *Vinum non habent*, Joan. 2. v. 3. Peccator in hoc mundo verum gaudium non habet. *Segneri Manna* 15. *Feb.* *Paciuchelli in Jonam. Lect.* 14. § 9.

*Bona temporalia.* THESIS XII. *Aquam vinum factam.* Joan. 2. v. 9. Homines mundani, etiam dum poſſident bona temporalia, infelices ſunt: quia bona hæc pervertunt, naturámque illorum deſtruunt, aſpiciendo illa velut æterna, cùm ſint tranſitoria. *Tribulatio.* II. Chriſtiani veri econtra etiam in tribulationibus & ærumnis felices exiſtunt, quia illas in bona commutant ſibi, aſpiciendo illas velut media ad evitandum peccatum, acquirendam virtutem, imitandum Chriſtum, promerendum cœlum. Itaque ſicut Mundani ex ipſis bonis ſibi faciunt mala, ita Chriſtiani mala convertunt in bona. *Bretteville.*

*Preces B. V.* THESIS XIII. *Dicit Mater JESU ad eum.* Joan. 2. v. 3. Interceſſio MARIÆ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

RIÆ obtinet ; quod ſæpe interceſſio Sanctorum non obtinet ; ita ut verba ipſius in vinum abeant , dum verba illorum veluti aqua dilabantur.

THESIS XIV. *Aquam vinum factam.* Joan. 2. v. 9. Chriſtus *Aquam* mutavit *in Vinum* , & *Vinum in Sanguinem* , illud in prandio , iſtud in cœna ; prius in Cana , poſterius Jeroſolymis , ut oſtenderet : aquam tribulationis in vinum conſolationis , & vinum conſolationis in Sanguinem tribulationis ( utpote qui in cruce effuſus eſt ) mutatum iri. *Miraculũ.*

THESIS XV. *Cùm inebriati fuerunt.* Joan. 2. v. 10. I. Ebrietas eſt Mater Paupertatis. II. Mater Infirmitatum. III. Mater vitiorum. *La Selve, hìc.* *Ebrietas.*

THESIS XVI. *Vocat Sponſum . . . & dicit ei* : Joan. 2. v. 9. Diligite uxores veſtras , quòd autem hæc voluntas Dei ſit ; conſtat I. quia Deus mulierem formavit de *coſta* viri. II. Quia noluit formare de *pede*. III. Sed nec de *capite*. Unde S. Hieronymus ait : Dominus non de pede, ſed de coſta for- *Uxor.*

mavit

mavit mulierem, ne à viro contemneretur, non de capite, ne nimiùm vellet dominari.

*Matrimonium.* THESIS XVII. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. Tria genera Matrimoniorum ſunt. I. Solùm *Carnalia*, in quibus non niſi conjunctio carnis, ſine unione animorum. II. Solùm *Spiritualia*, in quibus ſola unio animorum ſine conjunctione corporum. III. *Carnis & ſpiritus*, ubi ſancta traditio corporis, & perfecta unio animorum invenitur. *Nicol. Düon Capuc. hìc.*

*Nuptiæ felices.* THESIS XVIII. *Vocatus eſt autem & JESUS.* Joan. 2. v. 2. Ad omnes Nuptias vocandus eſt JESUS. I. Ut purificet *Amorem.* II. Ut ſtabiliat *Fidelitatem.* III. Ut roboret *Patientiam.* *Diction. Apoſtolic.*

*Infelices.* THESIS XIX. *Nuptiæ factæ ſunt.* Joan. 2. v. 1. I. Nuptiæ funeſtæ ſunt, ac improſperæ, quæ cum præcipitatione fiunt, cum coactione, & inter diſſimiles. *Felices.* II. Nuptiæ felices ſunt, quæ cum præparatione fiunt, ſine proprio ſtudio, ac commodo, & cum honeſtate. *id. Ibid.*

THE-

THESIS XX. *Vocatus eſt autem & JESUS.* Joan. 2. v. 2. Vocandus eſt nempe JESUS. I. in Electione. II. in Deſponſatione. III. in Societate. *id. Ibid.*

# DOMINICA III. poſt EPIPHAN.

THESIS I. *Domine non ſum dignus.* Matth. 8. v. 8. Humilitas habet vim. I. Attrahendi. II. Augendi. III. Conſervandi Gratiam. *Vivien. Tertull.* *Humilitas.*

THESIS. II. *Domine, ſi vis, potes.* Matth. 8. v. 2. Tria requiruntur ad fundandam ſpem, & fiduciam in aliquo. I. Quòd poſſit. II. Quòd ſciat. III. Quòd velit juvare. hæc omnia utique in Deo videmus. *Fiducia.*

THESIS III. *Acceſſit ad eum Centurio.* Matth. 8. v. 5. In Domo Dei qui alienum, idem proprium negotium curat; ſibi enim invenit, qui aliis quæ- *Charitas proximi.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quærit. *Didacus Niſſen. feria 5. poſt Ci-neres, Perioch. 2. & 3.*

*Perfectio.* THESIS IV *Non inveni tantam fidem* Matth. 8. v. 10. Tria ſigna dantur magni in via Virtutis profectûs. I. Sicut Viatores, quantum in itinere proceſſerint, ex eo metiri ſolent, ſi locus, à quo diſceſſerunt, ipſis minor appareat, econtra locus, ad quem properant, major oculis ſuis videatur; ita ſi tibi Creatura, à qua diſcedis, minor, & Deus, ad quem accedis, major tibi appareat, multum viæ in perfectione confeciſti. II. Sicut pulſus arteriæ ordinatus vitæ ſanitatem indicat, ita idem vitæ ordinatæ tenor, ſibi in bono ſemper conſtans, Perfectionem. III. Sicut emplaſtrum, quò difficiliùs abſtrahitur, arctiorem adhæſionem, quam habuit, demonſtrat, ita, quò difficiliùs animus ab oratione & devotione ad Mundi negotia abripitur, tantò majorem cum virtute conjunctionem exhibet.

*Humilitas.* THESIS V. *Domine non ſum dignus.* Matth. 8. v. 8. Diverſa genera ſunt ſeſe humiliantium. *Eſt, qui nequiter humiliat ſe Eccl. 19. v. 23.* I. Aliqui ſunt

ſunt humiles, quando illis omnia bene ſuccedunt, ſi autem tetigerit eos manus Domini, excandeſcunt, & ſtatim ponunt os ſuum in cœlum. II. Sunt, qui ſe humiliant, ut aſcendant. III. Aliqui ſe humiliant, ut evadant: impetu enim venti quercus frangitur, quem calamus evadit. IV. Aliqui ſe humiliant veré, & ſemper. Prima ergo humilitas eſt domeſtica; ſecunda erratica: tertia Sophiſtica; quarta Dominica. Item 1.a Naturalis. 2.a Volatilis; 3.a Verſipellis; 4.a Admirabilis. *Petrus Bleſ. Serm. 3. in Feſto S. Nicolai.*

THESIS. VI. *Domine non ſum dignus.* Matth. 8. v. 8. I. Sunt, qui prætextu, quòd non ſint digni, ſe indignos quotidie faciunt Sacræ Communionis. II. Alii ſunt, qui eo ſenſu, quòd non ſint digni, ſe dignos faciunt Sacræ Communionis. *Dicendo ſe indignum, præſtitit dignum. S. Aug. Serm. 6. de Puero Centurionis Matth. 8.* *Communio.*

THESIS VII. *Domine non ſum dignus.* Matth. 8. v. 8. Quaſi diceret; non ſum dignus, *ut intres ſub tectum meum*; propter quod & me ipſum non

dignum ſum arbitratus, *ut venirem ad te. Luc.* 7. Hinc colligo, aliud eſſe I. hominem eſſe dignum, ut *Chriſtus veniat* ad ipſum, II. & aliud, ut *ipſe veniat* ad Chriſtum. Primum ex his nunquam erit; alterum tamen erit, ſi ſit in ſtatu Gratiæ; in quo non videtur fuiſſe Centurio adhuc Ethnicus, ſicut nec illa, cui Chriſtus dixit: non eſſe bonum ſumere panem filiorum, &c.

*Acceſſus ad Chriſtum.*

THESIS VIII. *Acceſſit ad eum Centurio.* Matth. 8. v. 5. Triplex via accedendi ad JESUM. I. Prima eſt *Oratio*, Rogans eum. II. Secunda eſt *Humilitas*, Domine non ſum dignus, &c. III. Tertia eſt *Fides*, tantùm dic verbo, & ſanabitur. Prima via ad liberalitatem: *Veniam, & curabo.* Secunda ad laudem: *Non inveni tantam fidem in Iſraël.* Tertia ad familiaritatem ducit: *Dixit JESUS ad Centurionem. Durand. Doct. Theol. in Charact. Sanctor. part.* 2.

DO-

# DOMINICA IV. poſt EPIPHAN.

THESIS I. *Motus magnus factus eſt in mari*, Matth. 8. v. 24. Quid faciendum tempore afflictionis? I. Patientiæ ſcutum objiciendum. II. Sperandum in Domino. III. Pro viribus agendum. IV. Expianda à peccatis anima. V. Invocandus Deus. *Faber Conc. 4. hujus Dominicæ.* *Afflictio.*

THESIS II. *Quid timidi eſtis modicæ fidei.* Matth. 8. v. 26. Qua ratione Chriſtus ſit cum ſervis ſuis Juſtis? I. Per ſingularem directionem. II. Per ſingularem Protectionem. III. Per Conſolationem in tribulationibus. IV. Per Amorem & Benevolentiam. V. Per paternam Correctionem. VI. Per ſufficientem Suſtentationem. *Faber Feſto SS. Trinit. Conc. 9.* *Tribulatio.*

THESIS III. *Ipſe verò dormiebat.* Matth. 8. v. 24. Dei Providentia conciliatur. I. Cum hominis *Libertate*. II. Cum Impij *Proſperitate*. III. Cum *Providentia.*

Juſti *Adverſitate.* / *Vivien Tertull. Prædic. verbo Deus.*

*Fiducia.*

THESIS IV. *Modicæ fidei.* Matth. 8. v. 26. I. Nunquam magis ſperandum, quàm cùm omnia videntur deſperata. II. Nunquam minùs timendum, quàm cùm omnia videntur eſſe timenda. III. Nunquam plus permittendum Deo, quàm cùm à Deo derelictus quis eſſe videtur. Nam ſi homo confidit in homine, cadere poteſt, non item, ſi in Deo: Major etiam accedit Deo gloria, ſi ſolus juvet; majus etiam meritum hominis, ejúsque virtutis actus. Lege ſis in hunc finem c. 18. *Judic.* Cur Deus noluerit juvare Gedeonem. *Craſset. Conſid. die Jovis poſt Dom. 18. Pent.*

THESIS V. *Ipſe verò dormiebat.* Matth. 8. v. 24. Deus eſt erga nos, quales nos erga Deum; *teſte D. Ambroſio l. 4. in Lucam* Dominum dormire, ait, Tepidis, vigilare Perfectis. *Vide Paciuchelli in Jonam.* Sic tu nos viſitas, ſicut te colimus. *S. Thom.*

*Tentatio.*

THESIS VI. *Ecce motus magnus.* Matth. 8. v. 24. Tentatus faciat, quod

Nauta

Nauta in tempeſtate. I. Vela contrahat. II. Tendat in altum. III. Merces projiciat. IV. Modos omnes indaget ad evitandum periculum. *Corn. à Lap. in c. 8. Matth. fol. 200. col. 2.*

THESIS VII. *Motus magnus Factus eſt in mari.* Matth. 8. v. 24. Impii Conſcientia, ipſa eſt Teſtis, ipſa Judex, ipſa Tortor *S. Bern. lib. de Conſcient.* Scilicet I. eſt *Teſtis importunus*, qui peccatores accuſat nunc, & acriùs accuſabit in morte. II. Eſt *Judex Severus*, qui peccatores condemnat nunc, & ſeveriùs condemnabit in die Judicii. III. eſt, *Carnifex crudelis*, qui peccatores torquet nunc, & terribiliùs torquebit in Inferno. *La Selve hìc tom. 1. fol. 129.* *Conſcientia mala.*

THESIS VIII. *Ecce motus magnus.* Quatuor elementa contra Peccatorem. Vide P. Abraham à S. Clara p. 1. fol. 380. Judas cauſa periculi Apoſtolicæ navis. Creatura enim tibi Factori deſerviens exardeſcit in tormentum adverſus injuſtos. *Sap. 16. v. 14.* *Peccator.*

THESIS IX. *Aſcendente JESU in naviculam.* Matth. 8. v. 24. Vita hominis eſt navigatio ad cœlum, in qua *Vita hominis.*

 littus

littus terra, iter mare, portus cœlum eſt, ſimúlque docet I. in littore non hærendum. II. in viâ pericula evitanda. III. in portum merita invehenda eſſe. *Diarium Sanctorum P. Groſſez 12. April.*

*Periculum hominis ubique.* THESIS X. *Ecce motus magnus,* Matth. 8. v. 24. I. Nec homo eſt, qui non ſit in periculo ſalutis ſuæ, etiamſi ſit Apoſtolus. II. Nec Societas aliquem ſecurum facit ſalutis, etiam Chriſti præſentia. III. Quævis creatura poteſt hominem perdere, vel ventus. Ita Apoſtolos in præſentia Chriſti ventus in periculum adduxit. *Durand Doct. Theol. hìc part. 2. Character. Sanctor.*

# DOMINICA V. poſt EPIPHAN.

*Judicium temerarium.* THESIS I. *Zizania in medio tritici.* Matth 13. v. 25. Judicium temerarium eſt illicitum, & injuſtum. I. Ex *defectu Authoritatis, & Juriſdictionis*: temerariè enim judicans offendit Deum, cujus Authoritatem ſibi arrogat;

gat: offendit proximum, quem in ſua mente diffamat; offendit ſemetipſum, nam aliorum judicio, & inſuper pœnæ ſe mancipiat. II. Ex *defectu Notitiæ, & Cognitionis*: temerariè enim judicans actiones indifferentes ſiniſtrè interpretatur; dubias malas ſuſpicatur; bonas de prava intentione culpare conatur. III. Ex *defectu Probitatis, & Dilectionis*: nam judicandi temeritas oritur ex præſumptione & ſuperbia; animadverſione & invidia; perverſitate & malitia. *Vivien. Tertul. Prædic. verbo Judicium temer.*

THESIS II. *Cùm autem dormirent homines*, Matth. 13. v. 25. Nullum periculum maximum periculum. I. Quia in hoc ſtatu *nullus timor apud Bonos*: Multi enim res adverſas timent, res proſperas non timent, cùm perniculoſior eſt res proſpera animo, quàm adverſa ... adulterium enim ſimul & homicidium non fecit David, cùm perſecutorem Saulem pateretur. *S. Aug. hom. 21. ex quinquaginta.* II. *Nulla caſtigatio apud Malos*: nam ut *S. Chryſ. hom. 6. ad Popul.* Advertit: Peccator tunc maximè miſer eſt, cùm non punitur, & grave nihil patitur. Peccatum ſanies eſt,

*Periculũ*

pœna ferrum medicinale , ſicut igitu ſaniem habens &, ſi ſecatur , malè habet, & cùm non ſecatur , eſt in majoribus malis. ita ille.

*Cur mali tolerati?* THESIS. III. *Zizania in medio tritici.* Matth. 13. v. 25. Hanc permixtionem Deus permittit , ut inde maximè eluceant ipſius I. *Miſericordia* , qua tolerat peccatores , ut ad frugem redeant. II. *Providentia* , quæ bonis exercitium virtutis inde ſuppeditat. III. *Juſtitia* , quæ quò ſeriùs, hòc acriùs, & majori ex dilatione apparatu ſe oſtendat. *Weſpin.*

*Diabolus.* THESIS IV. *Inimicus homo hoc fecit.* Matth. 13. v. 28. I. Diabolu plus nocet , cùm minùs nocet. II. E vehementer, cùm latenter. prius patet quòd homines minora damna non ap prehendant ; poſterius, quòd minùs ad reſiſtendum ſint parati.

*Homo Diaboli inſtar.* THESIS V. *Inimicus homo hoc fecit.* Matth. 13. v. 28. Homo locum tenens diaboli. I. Sunt homines, qui tentant more diaboli. II. Qui peccan more diaboli. III. Qui proſequuntu Juſtos more diaboli : ut bene *S. Chry ſolog*

ſolog. de Herode dicat: Sciebat diaboli tenere locum, implere perſonam. Lege ſis Didac. Nyſſen. Dom. 3. Quadrag. §. 7. & 6.

THESIS VI. *Cùm dormirent homines.* Matth. 13. v. 25. A ſomno peccatorum excitare nos deberent I. Somni vanitas. II. Tempus Gratiæ. III. Hoſtium inſidiæ. IV. Propinquitas mercedis. V. Præſens calamitas. *Faber Dom. 1. Advent. Conc. 1.* Somnus.

THESIS VII. *Cùm dormirent homines.* Matth 13. v. 25. I. Eſt ſomnus corporis. II. Eſt ſomnus animæ. Audi verba S. Auguſtini: Quid eſt vigilare? Utique non dormire; quid eſt dormire? eſt ſomnus animæ, eſt ſomnus corporis. Somnum corporis omnes debemus habere, quia ſi non habeatur ſomnus corporis, deficit homo, deficit ipſum corpus. Illud autem cavere debemus, ne ipſa anima noſtra dormiat, malus enim eſt ſomnus animæ. Bonus ſomnus corporis, quo reparatur valetudo corporis; ſomnus autem animæ eſt obliviſci Deum ſuum, *Quæcunque anima oblita fuerit Deum ſuum, dormit. ita Auguſt. tom. 8. in Pſal. Deus Deus meus ad te &c.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Peccatorũ catena.* THESIS VIII. *Alligate ea in faſciculos.* Matth. 13. v. 30. O quot faſciculi peccatorum connexorum; I. Filia ſuperbè ornata. II. Et Mater, quæ eam ornavit. III. Et Juvenis, quia illam amavit. IV. Et ancilla, quæ ſuaſit. V. Et Pater, qui non correxit. VI. Et Concionator, qui non redarguit. En qualis cumulus peccatorum! *Faber. iv Sylva nova hìc Them. 5. n. 7.*

*Cur mali?* THESIS IX. *Usque ad Meſſem.* Triplex quæſtio formari debet. I. Cur Deus malos in hoc mundo diu vivere ſinat? ℟. ut Deus Clementiam ſuam commendet; Juſtitiam ſuam manifeſtet; Potentiam ſuam patefaciat. II. Cur Deus malos in hoc mundo Bonis commiſtos eſſe velit? ℟. ut per Bonos Mali convertantur; ut per Malos Boni exerceantur; ut inter malos boni, qui perſeveraverint, glorioſiùs coronentur. III. Quomodo ſe gerere debeant Boni, qui in hoc mundo inter malos mixti ſunt? ℟. debent lucere iis verbo, & exemplo; cavere, ne & ipſi mali fiant; fugere, ſi periculum casûs prævideant. *La Selve hìc tom. 1. fol 145.*

THE-

THESIS. X. *Vis, imus.* Matth. 13. v. 26. Deſiderium quidem bonum, ſed vehementia deſiderii mala eſt. I. Nam turbat pacem animæ motu nimio cogitationum. II. Extinguit Gratiam præcipitando illius actus. III. Impedit Deum, ne nobiscum agat, turbando ipſius actiones. IV. Oſtendit, quòd agamus ſolo impetu Naturæ, deſtruendo bonam intentionem. *Craſſet. Conſid. feria 5. poſt Dom. 5. Epiph.* *Deſiderii nimium.*

THESIS XI. *Inimicus homo.* Matth. 13. v. 28. I. Non eſt pejor Diabolus, quàm *Diabolus-Homo.* II. Immo plus timendus diabolus in humana ſpecie, quàm homo diabolum indutus, quia Diabolus-homo (inimicus homo) tanta malignitate, tantóque nocendi ſtudio ſe geſſit, ut ſemetipſum ſuperaſſe, & à dæmone in hominem tranſiſſe videatur. *Anton. Velasquez Annot. 1. in ep. 1. ad Philipp. Satyra ſanctificata P. Ferri Diſcurs. 2.* *Diabolus.*

THESIS XII. *Cùm autem dormirent.* Matth. 13. v. 25. Somnus hic occaſionem præbuit inimico. I. Qui occaſiones malas *timent*, merentur ab iis præſervari. II. Qui eas *quærunt*, me- *Occaſio mala.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

merentur à Deo deſeri. III. Qui ſin
ſua culpa in eas *incidunt*, & Dei miſe
ricordia & hominum commiſeration
ſunt digni. *Diction. Apoſt.*

# DOMINICA VI
## poſt EPIPHAN.

*Peccatum Veniale.*

THESIS I. *Minimum quidem eſt o mnibus ſeminibus.* Matth. 13. v. 3 Peccatum Veniale ex triplici argume to vitandum eſt. I. Quia diſponit a peccata mortalia. II. Quia Chriſtu afficit tormentis omnibus, excep morte. III. Quia meretur pœnas Pu gatorii. *Groſſez S. J. Diar. Sanctor. 1 Sept.*

THESIS II. *Minimum quidem e* Matth. 13. v. 32. Ita videtur pecca tum Veniale; & tamen Peccata Veniali I. Animam maculant. II. Multis bo nis privant. III. Diſponunt ad gravio ra. IV. Pœnam inferunt. V. Deum offendunt. VI. Animam obruunt mul titudine. *Faber; Dom. 5. poſt. Pent. Conc.*

THE

THESIS III. *Minimum.* Matth. 13. v. 32. Plus timendum eſt peccatum Veniale, quàm Mortale :. quia Deus punit peccatum Veniale ſæpe permiſſione Peccati Mortalis: peccatum verò Mortale ſolùm punit pœnis Inferni, quæ ſunt minora mala, illô malô.

THESIS IV. *Cùm autem creverit, majus eſt omnibus.* Matth. 13. v. 32. Viſum ſequitur cogitatio; cogitationem delectatio; delectationem conſenſus; conſenſum Opus; Opus conſuetudo; conſuetudinem neceſſitas; neceſſitatem deſperatio; deſperationem damnatio. *Gloßa in Job.* *Peccatum quomodo contingat.*

THESIS V. *Minimum quidem eſt omnibus ſeminibus, cùm autem creverit, majus eſt omnibus Oleribus.* Matth 13. v. 32. I. Paulatim à bono receditur. II. Paulatim acceditur ad malum. *Craſſet. Conſid. feria 4. poſt Dom. 20. Pent. part. 4. fol. 121. item Manna P. Segneri. 8. Aug.* *Senſim peccator.*

THESIS VI. *Eructabo abſcondita.* Matth. 13. v. 35. Mala eveniunt vel I. ab hominibus, qui horum ſunt Cauſæ ſecundæ. II. Vel ab adverſis accidentibus, quæ eorum ſunt Inſtrumenta. *Malum.*

menta. III. Vel à Deo, qui illoru
eſt Cauſa primaria, & Univerſali
Res jam in eo conſiſtit, qualiter n
gerere debeamus erga hæc Agentia?
*Weſpin. Dom. 6. poſt Epiph.*

*Sinapi.* THESIS VII. *Grano Sinapis.* Matt
12. v. 31. Sinapi caliginem oculoru
detergit. II. Servit contra tinnitu
aurium. III. Vim ignitam habet, &
artus accendit. IV. Stomacho utili
ſimum eſt, pulmonibúsque. V. Capu
purgat, & excreationes promove
VI. Lethargicos excitat, & appetitu
provocat. Hæc omnia, ſuo modo
facit Verbum Dei. *Faber hìc Conc. 6.*

*Judicia hominum.* THESIS VIII. *Simile eſt Regnu Cœlorum grano Sinapis.* Matth. 13. v.
35. Hujus vitæ labores ſunt apparen-
tes, parvi & momentanei, & ta-
men, ſi pro Dei gloria ſuſcipiantur
hisce. I. *Apparentibus* datur merces *Ve-
ra.* II. *Parvis* datur merces *Magna.* III.
*Momentaneis* datur merces *Æterna.* *La
Selve Conc. 15. in Advent. fol. 279.*

*Peccatum Veniale.* THESIS IX. *Minimum quidem eſt.*
Matth. 13. v. 32. Quòd non tantum
malum ſit à Dœmone obſideri, quàm
Pec-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Peccatum Veniale committere. *Menoch. Centur. 6. c. 67.*

THESIS X. *Minimum quidem eſt.* Matth. 13. v. 32. Sic unum peccatum, ſicut omnia peccata, vitandum. *Paciuchell. in Jonam Lect. 53. §. 9.* *Fuga peccati.*

THESIS XI. *Minimum quidem eſt.* Matth. 13. v. 32. Quò ſæpius peccatum aliquod eſt remiſſum, hòc minùs meretur illud remiſſionem; Nam I. peccata antea ex fragilitate commiſſa fiunt poſtea peccata ingratitudinis, contemptûs, & malitiæ notâ inſignita. II. Peccata priùs vehementiâ paſſionis alicujus admiſſa, ſubin peccata impœnitentiæ, & ex cordis duritia profecta. III. Peccata primùm defectus veniâ digni, dein crimina inexcuſabilia, & immedicabilia apparent. Ita ut poſteriora non ſolùm pejora, quin & peccata naturam ſuam mutare videantur. *Peccatum remiſſum.*

THESIS XII. *Minimum.* Matth. 13. v. 32. I. Facilè aliquis pœnas Purgatorij incurrit. II. Facilè etiam iisdem eximi poteſt. Ad illud ſufficit unum, & id minimum, peccatum Veniale, *Purgatorium.*

niale, ad hoc ſæpè unus Actus Virtutis, vel bonum aliquod opus; frigida amore Dei pauperi, vel proximo, porrecta. *Vide Exhortationes meas de Purgat. 3. & 4.*

*Ex minimo Cœlum, Infernus.*

THESIS XIII. *Minimum eſt.* Matth. 13. v. 32. I. Minimum eſt, ex quo ſæpe pendet æterna Cœli felicitas. II. Minimum ſæpe eſt, ex quo oritur Damnatio, ſeu æterna hominis infelicitas.

THESIS XIV. *Simile eſt Regnum cœlorum fermento.* Matth. 13. v. 33. I. Doctrina Evangelica eſt fermentum, quod purificat Scientias humanas. II. Quod perficit Doctrinam Prophetarum. III. Quod ſapere facit omnes Veritates. *Dictionar. Apoſt.*

*Peccata Venial.*

THESIS XV. *Minimum quidem eſt.* Matth. 13. v. 32. Peccata venialia ſummè evitanda ſunt: I. Quia, quàm leves etiam ſint ex eis vulnerationes, robur tamen amoris noſtri erga Deum diminuunt. II. Quàm parvæ etiam ſint maculæ, pulchritudinem animæ noſtræ obfuſcant. III. Quàm remiſſibiles ſint eiusmodi errores, ſe-

ver-

verè tamen à Deo puniuntur. *Dictionar. Apoſtolic.*

# DOMINICA SEPTUAGESIMÆ.

THESIS I. *Pares illos nobis feciſti.* Matth. 20. v. 12. I. Invidus à à Chriſto ſeparatur. II. Cœleſti felicitate privatur. III. Inferni doloribus cruciatur. *Vivien. Tertull. Præd.* *Invidia.*

THESIS II. *Hi noviſſimi una hora fecerunt.* Matth. 20. v. 12. *Operarius* ille *Segnis* eſt, cujus plura opera plus unô non valent. II. Ille verò *Strenuus*, cujus unum Opus pluribus par eſt. *Didac. Niſſ. l. 11. Vit. Abraham. c. 1.* *Opus.*

THESIS III. *Exiit primò manè conducere Operarios.* Matth. 20. v. 1. Non poſſumus nos eximere à labore quà *Homines*, quà *Peccatores*, quà *Chriſtiani.* Quatuor cauſæ nos ad agendum negotium Salutis noſtræ compellunt, & quidem ſine intermiſſione. I. Locus, in quo degimus. II. Gratiæ in hunc finem à Deo nobis conceſſæ. III. Præmium *Labor.*

labori noſtro deſtinatum. IV. Supplicia otioſis in re tanti momenti, qualis eſt Salus noſtra, decreta. *Deſideria occidunt pigrum, noluerunt enim quidquam manus ejus operari. Prov. 21. Brettevill.*

*Avaritia.* THESIS IV. *Quòd plus eſſent accepturi.* Matth. 20. v. 10. Avarus I. Omnia *Mandata* Dei *transgreditur*, quæ præcipiunt Pietatem erga Deum, Sobrietatem erga ſemetipſum, Æquitatem erga Proximum. II. Omnes *Virtutes aggreditur*, tres Theologales, quatuor Cardinales, Morales. III. Omnia *Vitia proſequitur*, nam divitiæ conſiderari poſſunt, antequam comparentur, dum comparantur, poſtquam ſunt comparatæ, avarus autem peccat in quovis hoc triplice ſtatu. *Vivien. Tertull. Prædic. Verb. Avarus.*

*Avarus.* THESIS V. *Quòd plus eſſent accepturi.* Matth. 20. v. 10. Avarus eſt Idololatra. I. Nam propter divitias *Deum contemnit*; cùm mandata transgreditur, beneficijs abutitur, Divinas Perſonas aggreditur. II. Divitias *Deo præponit*; dum divitias plus, quàm Deum æſtimat; in divitiis plus, quàm in Deo ſperat; divitias plus, quàm Deum

Deum amat. III. Divitias *religiosè colit*; quia divitijs obtemperat, divitias adorat, divitijs ſacrificat. *Id. ibid.*

THESIS VI. *Tota die otioſi.* Matth. 20. v. 6. Depravatur Tempus I. *Malè* agendo. II. *Nihil* agendo. III. *Aliud* agendo. *Id. verbo Chriſtianus. Conc. 5. part. 2.* *Otium.*

THESIS VII. *Amice, non facio tibi injuriam.* Matth. 20. v. 13. Apologia Divinorum Judiciorum. *Vide Juglarem feria 4. poſt Dom. Paſſionis.* *Judicia Divina.*

THESIS VIII. *Voca Operarios.* Sacra Scriptura dicit I. quòd in Babylonia aliqui laborent inſtar *Aranearum*: *Telas Aranearum texuerunt.* Iſai. 59. hi ſunt comptuli, fæminæ, qui plures horas inſumunt, ſeſe ornando. II. Alii laborent veluti *tineæ*: *ædificavit ſicut tinea domum ſuam*, Job 27. hi ſunt Avari. III. Alii laborent ut *Muli* molam trahentes in molendino: *in circuitu impii ambulant.* Pſ. 11. hi ſunt Amatores. *Labor.*

THESIS IX. *Miſit eos in vineam.* Matth. 20. v. 2. Anacharſis dicere *Vinum.*

ſolitus eſt; Vitem quatuor proferre uvas. I. Primam ad Sanitatem. II. Secundam ad Ebrietatem. III. Tertiam ad Infirmitatem. IV. Quartam ad Paupertatem.

*Pauci electi.* THESIS X. *Pauci verò electi*, Matth. 20. v. 16. Hæc veritas tenet in triplici conſideratione. I. Nam ex omnibus omnino *Hominibus* Pauci electi. II. Ex omnibus *Chriſtianis* Pauci electi. III. Ex omnibus *Catholicis* adultis Pauci electi. *La Selve hìc tom.* 1. *fol.* 177.

*Invidia.* THESIS XI. *Pares illos nobis feciſti.* Matth. 20. v. 12. Invidia tres gradus habet. I. Primus eſt, quando quis invidet proximo Bonum *Temporale.* II. Secundus, quando quis invidet Bonum *Spirituale*, puta ingenium, Scientiam &c. III. Tertius, quando quis invidet Bonis proximi *Supernaturalibus*, qualia ſunt Gratia, Virtus, Perfectio, Sanctitas. *Craſſet. Conſid. feria* 4. *poſt Septuageſ.*

*Labor.* THESIS XII. *Voca Operarios, & redde illis mercedem.* Matth. 20. v. 8. I. Sunt Operarii, qui laborant ſolùm pro mercede terrena. II. Sunt, qui infeliciter

liciter laborant pro peccato obtinendo. II. Sunt, qui pro terra & cœlo ſimul laborare non ceſſant.

THESIS XIII. *Murmurabant.* Matth. 20. v. 11. I. Murmurationes *Egenorum* ſunt oppoſitiones Gratiæ Paupertatis. III. *Ægrorum* oppoſitiones Gratiæ Martyrij. *Diction. Apoſt.*

THESIS XIV. *Tota die otioſi.* Matth. 20. v. 6. I. Oportet non *profanare Tempus*, quod Deo debemus. II. Oportet non *ſuffurari Tempus*, quod proximo debemus. III. Oportet non *dilapidare Tempus*, quod nobis conceſſum eſt pro Salute æterna. *Diction. Apoſtolic.* *Tempus.*

# DOMINICA SEXAGESIMÆ.

THESIS I. *Qui habet aures audiendi, audiat*, Luc. 8. v. 8. Quatuor ſunt Auditorum differentiæ. I. Quidam *Audiunt*, ſed non retinent, ut oblivioſi. II. Quidam Audiunt, & *Retinent*, ſed non faciunt, ut Deſidioſi. *Concio.*

III. Quidam audiunt, & retinent, & *Faciunt*, ſed non complent, ut Negotioſi. IV. Quidam audiunt, retinent, faciunt, & *Complent*, & hi ſunt Studioſi & Virtuoſi. *S. Bonav. in c. 2. Luc.*

THESIS II. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Luc. 8. v. 8. Auditorum mira diverſitas: I. Aliqui non adſunt, ſed tantùm audita ab alijs audiunt. II. Aliqui adſunt, ſed non attentè audiunt. III. Aliqui attentè audiunt, ſed non credunt. IV. Aliqui credunt, ſed non retinent. V. Aliqui retinent, ſed non redigunt in praxin.

*Verbum Dei.*

THESIS III. *Audientes Verbum retinent, & fructum afferunt.* Luc. 8. v. 15. Verbum Dei auditum. I. Illuminat intellectum. II. Roborat mentem ſpe. III. Accendit charitatem. IV. Præſervat à vitijs. V. Provocat ad pœnitentiam. VI. Incitat ad virtutem. VII. Solatur in tribulationibus. *Faber. Conc. 6. Dom. 6. poſt Epiph.*

THESIS IV. *Corde bono & optimo audientes.* Luc. 8. v. 15. I. Verbum Dei retinendum. II. Verbo Dei credendum.

dendum. III. Verbo Dei obediendum. *La Selve hic tom. 1. fol. 193.*

THESIS V. *In ſpinas cecidit*. Luc. 8. v. 14. Spinæ utique ſunt divitiæ, quæ I. cùm acquiruntur, pungunt per laborem. II. Cùm habentur, pungunt per timorem. III. Cúm perduntur, pungunt per dolorem. *Hugo de S. Caro in Pſ. 51.* *Divitiæ.*

THESIS VI. *Cùm turba plurima convenirent.* Luc. 8. v. 4. Ex protracto Chriſti Sermone triplex oriri poteſt quæſtio. I. An expediat breves, vel longas. II. Lenes, an ſeveras. III. Ingenioſas, an ſimplices habere conciones? *Concio.*

THESIS VII. *Venit Diabolus & tollit Verbum.* Luc. 8. v. 12. I. Quòd Concionator Sermone carpat Auditores, mirum non eſt. II. Quòd verò Auditores agant in Concionatorem, hoc certè mirum eſt. III. Et quòd clam loquantur contra eum, qui palàm ipſis locutus eſt, hoc ſummè mirum eſt. *Concionator.*

THESIS VIII. *Exiit, qui ſeminat, ſeminare.* Luc. 8. v. 5. Sicut in agrorum cultura I. Bonam eſſe impri- *Juventus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mis *terram* oportet. II. Tum ſemi- nandi peritum *Agricolam*. III. Deni- que bonum *Semen*: pari modo Terræ fi- lium, Agricolæ Præceptorem, Semi- nibus inſtitutiones, & præcepta aſſimi- labis. *Plutarchus de tract. de liberis edu- cand.*

*Concionis fructus.* THESIS IX. *Corde bono & opti- mo audientes.* Luc. 8. v. 15. I. Per Præ- dicationem Verbi Dei nata eſt Eccleſia. II. Per Prædicationem Verbi Dei de- bet nutriri Eccleſia. III. Per Prædi- cationem Verbi Dei fœcunda redditur Eccleſia. *Dict. Apoſt.*

# DOMINICA QUINQUAGES.

*Cæcus.* THESIS I. *Domine, ut videam.* Luc. 18. v. 41. Duo Cœcitatis Spiritualis genera mundus nobis exhi- bet. I. Primum illorum, qui *male* vident. II. Secundum illorum, qui *nihil* vident. Seu: Primum illorum, qui *vident, quæ non ſunt*, & quæ non oportet videre: v. g. vident in bonis tem-

temporalibus felicitatem, quæ non eſt; in peccato aliquam innocentiam, quæ non eſt; in Deo aliquam miſericordiam, quæ non eſt. Secundum illorum, qui *non vident, quæ ſunt.* Priores *malè*, hi *nihil* vident, cujus cœcitatis cauſa eſt fumus ſuperbiæ, item pulvis terreſtrium bonorum; de quibus Iſaias: *Educ foras populum cœcum, & oculos habentem*, & Apocalypſis: *occiſa eſt tertia pars hominum de igne, & de fumo.* Item Baruch: *oculi eorum pleni ſunt pulvere*, & ſic *in tenebris, quaſi in luce ambulant.* Job. 24. verè cœci, qui cœleſtia non videntes, & tenebris ignorantiæ circumfuſi, terrena & fragilia venerantur, ait Lactant. Firm. l. 4. de vera Sapientia c. 26. Atque ita, ut cum Tertulliano loquar, Cœcitatis duæ ſpecies facilè concurrunt, ut qui non vident, quæ ſunt, videre videantur, quæ non ſunt. *Bretteville de Dom. Adv.*

THESIS. II. *Domine, ut videam,* Luc. 18. v. 41. I. Factæ ſunt tenebræ horribiles in Univerſa terra Ægypti *tribus diebus* Exodi. 10. II. Ubicunque autem *habitabant* filii Iſraël, lux erat. ibid. Tenebræ ſcilicet Memoriæ, In- *Bacchanalia.*

 tellectus,

tellectus, & Voluntatis. Dein, boni in templo coram Sanctiſſima Euchariſtia habitantes, id eſt, non tantùm ſemel atque iterum præſentes, ſed ſæpè inviſentes, & ibi ſe ſe detinentes hisce diebus, in quibus poteſtas tenebrarum eſt, clara luce gaudent.

*Cœcus.* THESIS III. *Cœcus quidam ſedebat ſecus viam.* Luc. 18. v. 35. Sedebat fortè, quia nemo illum ducebat. Cœci enim triplici modo incedere valent. I. Cum Scipione in manu. II. Ducti à cane. III. Porrectâ eis manu vel ab infante, vel alio homine. Primi ſunt Regentes, qui ſceptrum in manu habentes merita illorum, quos promovent ad dignitates, & officia, nec intuentur, nec explorant: illi, qui à cane ducuntur, animali laſcivo, ſunt Senſuales homines, cupiditate & carnalibus deſideriis excœcati: Poſtremi, qui ab Infante, ſæpe proprio, ducuntur, ſunt Parentes liberorum nimio amore capti. *Menoch. Centur.* 11. c. 93.

*Voluntas.* THESIS IV. *Ut videam.* Luc. 18. v. 41. Omni modo vult viſum à Chriſto habere; ſcilicet; qui propriæ vo-

voluntati inſiſtit, nulla quiete fruitur, ſed infernum patitur. *Paciuchelli in Jonam. Lect. 5. §. 9. fol.* 114.

THESIS V. *Ut videam.* Luc. 18. v. 41. Oculis apertis eſſe cœcum eſt maxima cœcitas, talis fuit in Adam & Eva. Aperti ſunt oculi, ad quod ante non patebant, inquit *S. Auguſtinus apud Vivien ſerm. de Lacrymis S. Petri. item part. 1. fol.* 194. *Cœcitas.*

THESIS VI. *Domine, ut videam.* Luc. 18. v. 41. Tenebræ metuendæ ſunt morum, non oculorum: & ſi oculorum, non externorum, ſed internorum, unde diſcernitur non album & nigrum, ſed juſtum & injuſtum. S. Aug. tract. 25. in Joan. Hinc duplex datur cœcitas ſpiritualis. I. Eorum, qui *malè* vident. II. Eorum, qui *nihil* vident. illi vident, quod non eſt, item quod non deberent videre: iſti non vident, quod eſt, item, quod deberent videre. Quæ omnia in bonis terrenis, in peccato, reſpectu Dei, &c.&c. juxta diverſum intuitum patent. verè cœci ſunt, qui cœleſtia non videntes, & tenebris ignorantiæ circumfuſi terrena & fragilia venerantur, inquit *Cœcitas.*

Lactant.

Lactant. Firm. l. 4. de vera Sapient. c. 26. Cœcitatis duæ ſpecies facilè concurrunt, ut qui non vident, quæ ſunt, videre videantur, quæ non ſunt, inquit pariter *Tertullianus*. *Bretteville*. *Dom.* 3 *Advent.*

*Bacchanalia.* THESIS VII. *Cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc eſſet?* Luc. 18. v. 36. Aliis diebus pedetentim, hisce diebus præcipitanter homines tendunt ad Infernum. Cauſæ autem ruinæ ſunt tres: I. Otium. II. Occaſio III. Exemplum malum.

*Perſpicienda.* THESIS VIII. *Domine ut videam.* Luc. 18. v. 41. Homo quinque debet contemplari: I. *Peccata*, quæ commiſit, ut doleat. II. *Supplicia*, quæ meruit, ut timeat. III. *Beneficia*, quæ Deus contulit, ut gratias agat. IV. *Mandata*, quæ præcepit, ut impleat. V. *Præmia*, quæ præmiſit, ut comprehendat. *S. Thom. in c.* 22. *Iſai.*

*Voluntas.* THESIS IX. *Quid tibi vis, faciam?* Luc. 18. v. 41. I. Velle, quod delectat, eſt ſenſuale. II. Velle, quod gloriam parit, eſt ſæculare. III. Velle,

le, quod decet, eſt humanum. IV. Velle, quod Deo placet, eſt Sanctum, & Divinum.

THESIS X. *Secus viam.* Luc. 18. v. 35. Iniquitas autem eorum mea doctrina eſt, verba ſunt S. Ignatii Mart. de decem Leopardis loquentis. Sic iniquitas Peccatorum hoc tempore noſtra doctrina eſt: I. Ne peccemus, ſicut ipſi. II. Ut tantò magìs Deo ſerviamus. III. Ut pro illis oremus. *Bacchanalia.*

THESIS XI. *Cœcus quidam.* Luc. 18. v. 35. Cœcitas Peccatoris eſt terribilis tunc, quando illam *meretur.* II. Cœcitas Peccatoris eſt terribilis, quando illam *ignorat.* III. Cœcitas Peccatoris eſt terribilis, quando illam *amat.* *Diction. Apoſt.* *Pecc[...]r cœcus.*

THESIS XII. *Secus viam.* Luc. 8. v. 35. I. Inſenſibilitas erga gratias JESU Chriſti oſtendit nos eſſe *Cœcos.* II. Erga commoda proximi *Stupidos.* III. Erga noſtram ſalutem *Inſenſatos.* *Ibid.*

THESIS XIII. *Cœcus quidam.* Luc. 18. v. 35. Duplex cœcitas eſt, Spiritualis una, Corporea alia; illa hodie *Cœcitas duplex.*

Apo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Apoſtolorum; *ipſi autem nihil horum intellexernt* : ecce cœcitas mentis! iſta hujus hominis ſecus viam: *Cœcus quidam ſedebat ſecus viam.* Ecce cœcitas corporis! Diſcrimen eſt: I. Quod homo iſte corporaliter cœcus *ſenſit* ſuam cœcitatem; Domine ut videam, *ægrè tulit* eam; JESU Fili David miſerere mei; eâ *ſe expediit*; & confeſtim vidit. II. Non ita mente cœci, qui non ſentiunt ſuam cœcitatem; neque ea ipſis diſplicet; neque ea liberari petunt. *Durant. Doct. Theolog. in Character. Sanctor. part. 2. hic.*

*Voluntas.* THESIS XIV. *Quid tibi vis, faciam.* Luc 18. v. 45. I. Aliqui volunt, ut DEUS faciat voluntatem eorum. II. Alii volunt facere voluntatem Dei. Ex illis fuit hic cœcus; ex iſtis ille alius, qui dixit: Domine ſi vis, potes, &c.

DO-

# DOMINICA I. QUADRAGES.

THESIS I. *Hæc omnia tibi dabo.* Matth. 4. v. 9. Bona terrena in triplici ſtatu conſiderari poſſunt. I. In ſeipſis, & ſic *Vana* ſunt. II. In exiſtimatione mundanorum, & ſic *Imaginaria* ſunt. III. In ore dœmonis, & ſic *Falſa* ſunt. Econtra Bona Cœleſtia eodem modo conſiderari poſſunt. I. In ſeipſis & ſic non vana, ſed *Solida* ſunt. II. In exiſtimatione Sapientum, & ſic non imaginaria, ſed *Realia* ſunt. III. In ore Dei, & ſic non falſa, ſed *Vera* ſunt. Vivien. in Tertull. prædicante verbo Bona. *Bona terrena.* *Cœleſtia.*

THESIS II. *Cùm jejunâſſet.* Matth. 4. v. 2. Omnia, quæ videmus, vel ea, quæ ſunt ſupra nos, vel ea, quæ ſunt intra nos, vel ea, quæ ſunt circa nos, invitant nos, ut redeamus pœnitentes ad Dominum, & ad priſtinam libertatem. Et quidem I. Quæ *Supra nos*: ita Deus ſuadet, jubet, inſtruit, & quaſi exemplo præit, dum peccatorem è paradiſo ejectum recipit. Cùm rurſus *Pœnitentia.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad miſericordiam ſuam maturuiſſet, i
ſe ipſo Pœnitentiam dedicavit. Te
tull. de Pœnit. c. 2. II Quæ *Intr*
*nos*: ita ipſa miſeria, in qua poſt pecca
tum vivimus, nos urget. III. Qu
*Circa nos*: ita omnia nos ad Deum r
vocant: Dies è tenebris renaſcens
Stellæ recipientes ſplendorem noctu
arbores, prata, horti poſt hyemem revi
reſcentes; mundus è nivibus, & teno
bris quaſi recreatus &c.

*Panis.* THESIS. III. *Non in ſolo Pan*
Matth. 4. v. 4. Panis Propitiationis
ſive Salutis, triplex eſt: *Panis Ang*
*lorum*, id eſt Euchariſtia, de quo di
ctum eſt: Panem Angelorum mando
cabit homo. II. *Panis Filiorum*, id eſ
Verbum Doctrinæ, de quo dictum eſt
Non eſt bonum ſumere Panem filio
rum, & dare canibus. III. *Panis Ami*
*corum*, id eſt Exemplum vitæ, de quo
dicitur: Amice commoda mihi tres
panes. Propter hunc triplicem Pa
nem dictum eſt ter Petro: *Paſce ove*
*meas*, ac ſi diceret ei Dominus: Paſce
*Euchariſtiâ*, paſce *Doctrinâ*, paſce *Bon*
*vitâ*. *Petrus Bleſſens. Serm.* 44.

*Jejunium.* THESIS IV. *Cùm jejunaſſet qua*
*dragint*

*draginta diebus.* Matth. 4. v. 2. Duæ claſſes ſunt eorum, qui contra Jejunium Quadrageſimale peccant, I. Aliqui hoc tempore *non jejunant*. II. Aliqui *malè jejunant*. Illi jejunium deſtruunt, iſti fructum & meritum impediunt. *Sanctificate jejunium* Joël. 1. Non os tantùm jejunet, ſed & oculus, & auditus, & manus, & omnia corporis noſtra membra jejunent &c. *S. Chryſoſt. hom.* 3.

THESIS V. *Ut tentaretur à diabolo.* Matth. 4. v. 1. Diabolus decipit homines quatuor modis. I. Perſuadendo bonum propter malum. II. Suadendo malum ſub ſpecie boni. III. Diſſuadendo bonum tanquam nocivum. IV. Diſſuadendo malum, ut ducat ad pejus. *S. Bonav. lib.* 2. *Compend. Theol. verit. c.* 27. *Tentatio.*

THESIS VI. *Poſtea eſuriit.* Matth. 4. v. 2. Eſt triplex menſa: I. Menſa *Naturæ*. II. Menſa *Scripturæ*. III. Menſa *Euchariſtiæ*. *Hugo Card. in Eccl. c.* 31. *Menſa.*

THESIS VII. *Aſſumpſit eum diabolus.* Matth. 4. v. 5. Diabolus, Mundus, & Caro Salutis animarum procu- *Dæmon, Mundus, Caro.*

F ratores,

ratores. Et quidem I. *Diabolus*: augendo per tentationes ſuas noſtra merita; per ſuam ruinam abſterrendo nos à peccato; perſecutionibus ſuis impellendo nos ad orationem, aliáque bona opera. II. *Mundus*: ipſe jam, & a quibus amatur, amarus eſt S. Greg. hom. 4. in Evang. Ipſe Mundus mittit nos ad Chriſtum, quando nos amplius juvare non poteſt; ut ipſe nos jam Mundus mittat ad Deum S. Greg. hom. 28. in Evang. Ipſæ ruinæ ejus prædicant, quòd amandus non eſt. S. Greg. hom. 4. in Evang. III. *Caro*: Per infirmitates nos inſtruit; mortificationi inſervit; ſenſibus ſuis virtutem promovet, ſpecies corporis ſimulacrum eſt mentis &c. Templum Dei, & Spiritûs Sancti &c. Ecce! Salutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium, qui oderunt nos Luc. 1. *Alexand. Pellegrinus S. J. in Paradoxis.*

*Dæmon.* THESIS VIII. *Vade Sathana.* Matth. 4. v. 10. Miſer diabolus, ſi homines eum non juvent, & potentem efficiant. Nam I. Ipſi homines ad eum vadunt. II. Auxilium petunt ab ipſo. III. Suam ei operam addicunt. IV. Advocant & invocant, séque ei ſociant.

THE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS IX. *Ut tentaretur à diabolo.* Matth. 4. v. 1. Diabolus inceſſanter pios perſequitur, & tantò periculoſiùs, quantò occultiùs, inquit S. Anſelmus. Quale remedium? I. Recordatio Præcepti Divini. II. Evitatio periculi. III. Rejectio dœmonis, vel fuga. *Bretteville Dom. I. Quadrag.* *Tentatio.*

THESIS X. *Mitte te deorſum.* Matth. 4. v. 6. In uno eodémque opere malo I. Diabolus ſuggerit, II. Homo conſentit, III. Deus deſerit. *S. Aug. contra Fauſtum.* *Tentatio.*

THESIS XI. *Ut tentaretur à diabolo.* Matth. 4. v. 1. Deus permittit nos tentari: I. Ad explorandam noſtram fidelitatem. II. Ad caſtiganda noſtra peccata. III. Ad augenda noſtra merita. IV. Ad procurandam humilitatem. V. Ad provocandam Orationem. *Tentatio.*

THESIS XII. *Ut tentaretur.* Matth. 4. v. 1. Utrùm conveniens fuerit Chriſtum tentari? de Loco, Tempore, Modo, & Ordine tentationis. *Lege ſis S. Thom. p. 3. q. 41. a. 1. & ſeqq.* *Tentatio.*

THESIS XIII. *Ductus eſt JESUS* *Solitudo.*

*in deſertum.* Triplex Solitudo inveni-tur. I. *Corporis.* II. *Mentis.* III. *Cordis.* Prima vacat à ſocietate hominum; al-tera à conſortio cogitationum; poſtre-ma à communione affectionum. Pri-ma Bona, ſecunda Melior, tertia Per-fectiſſima. *Craſſet in Conſid. fer. 6. poſt Dom. 23. Pentec.*

*Quadra-geſima.* THESIS XIV. *Ductus eſt JESUS in deſertum à Spiritu.* Matth. 4. v. 1. Qua-dragesima I. Tempus *Sanctitatis*, hinc omnes peccati occaſiones fugiendæ. II. Tempus *Recollectionis*, hinc omnes animi diſſipationes evitandæ. III. Tempus *Satisfactionis*, hinc opera Pœni-tentiæ exercenda. *Diction. Apoſt.*

*Pœniten-tia.* THESIS XV. *Ductus eſt JESUS in de-ſertum.* Matth. 4. v. 1. I. Non eſt tam idoneum *Tempus* agendi Pœniten-tiam, quàm tempus Jejunii. II. Non eſt *Locus* aptior ad agendam Pœniten-tiam, quàm Deſertum, ſeu Solitudo. III. Nemo magìs conſulendus eſt ſuper inſtituenda Pœnitentia, quàm qui ma-ximè à peccato abhorret. *Diction. Apo-ſtolic.*

*Tentatio.* THESIS XVI. *Ut tentaretur.* Matth.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Matth. 4. v. 1. I. Oportet humiliare ſe, ad vincendas tentationes contra *Fidem.* II. Oportet mortificare ſe, ad vincendas tentationes contra *Puritatem.* III. Oportet ſeparare ſe, ad vincendas tentationes contra *Charitatem.* ibid.

# DOMINICA II. QUADRAGES.

THESIS I. *Dicebant Exceſſum ejus.* Luc. 9. v. 31. De quadruplici Exceſſu Chriſti. I. Humilitatis. II. Charitatis. III. Liberalitatis. IV. Patientiæ. *Vide Fabrum. hic Conc. 5.* *Exceſſus.*

THESIS II. *Transfiguratus eſt ante eos.* Matth. 17. v. 2. I. JESUS transfiguratus eſt in monte Thabor. II. Transfiguratus eſt in monte Calvariæ. III. Transfiguratus eſt in Altari. Ita ut prima ſit Transfiguratio Gloriæ, ſecunda Transfiguratio Ignominiæ, tertia Transfiguratio Amoris. *Craſſet. Conſid. pro Dom. II. Quadr.* *Transfiguratio.*

*Thabor.* THESIS III. *Duxit illos in montem,* Matth. 17. v. 1. I. Non patet via ad montem Thabor ſine monte Calvariæ. II. Neque poſſumus adire montem Calvariæ ſine monte Thabor. Nam tribulationes Calvariæ neceſſariæ ſunt, ut mereamur gloriam in monte Thabor, & gloria montis Thabor omnino neceſſaria eſt ad mitigandos dolores Calvariæ. Hinc pertingit in via morali mons Calvariæ usque ad montem Thabor, & mons Thabor viciſſim pertinet ad montem Calvariæ.

*Transfiguratio.* THESIS IV. *Transfiguratus eſt,* Matth. 17. v. 2. Quadruplex eſt hominum Transfiguratio. I. De Statu Gratiæ in peccatum. II. E Statu peccati in Statum Gratiæ. III. Ab hujus ſæculi deliciis in Gehennam. IV. E Miſeriis hujus vitæ in cœleſtem Gloriam. *Faber Hic Conc. 6.*

*Tabernaculum.* THESIS V. *Tria Tabernacula,* Matth. 17. v. 4. Ejusmodi tria ædificavit ſibi Deus. I. Primum non niſi Umbram ſine Veritate exhibuit in Lege veteri. II. Secundum Umbram cum Veritate in Lege Nova. III. Tertium ſine Umbra Veritatem in Cœlo.

THE-

THESIS VI. *Tria Tabernacula.* Matth. 17. v. 4. Eorum tria ſunt multùm inter ſe diſtantia. I. Cœlum. II. Calvaria. III. Mundus. Primum eſt Beatorum: Secundum eſt Juſtorum: Tertium eſt Peccatorum. In primo Electi transfigurantur in Deum gloriæ: In ſecundo Chriſtiani induunt formam Dei Patientis: In tertio figuram aſſumnnt beſtiarum & dæmonum homines Mundani. *Tabernaculum.*

THESIS VII. *Transfiguratus eſt.* Matth. 17. v. 2. I. Splendorem Transfigurationis ſuæ opponit Chriſtus Obſcuritati *Nativitatis* ſuæ. II. Infamiam *Crucis* occupat gloria Transfigurationis ſuæ. III. Quidquid in *Reſurrectione* ſua pulchri eſt, pulchritudine Transfigurati Corporis ſui exhibet. *Dict. Apoſt.* *Transfiguratio.*

THESIS VIII. *Transfiguratus eſt.* Matth. 17. v. 2. I. Transfiguratio noſtra Mala eſt, quando Peccatum nos transfigurat; bona, quando Gratia. II. Mala, quando Corpus transfigurat animam; bona, quando Anima corpus.

# DOMINICA III. QUADRAGES.

*Relapſus.* THESIS I. *Fiunt noviſſima homini illius pejora prioribus.* Luc. 11. v. 26. Quò ſæpius peccatum aliquod eſt remiſſum, minùs eſt remiſſibile, mutato ſcilicet in pejus ſtatu Relapſi propter quatuor funeſtas circumſtantias: I. Ingratitudinis, II. Contemptûs. III. Perfidiæ, IV. Malitiæ. *Craſſet Solitud. Chriſtian. fol.* 453. *punct.* 2. *Jam enim non ſimplex peccatum eſt, ſed duplex, aut triplex.* Inquit *S. Chryſoſt. hom.* 1. *in Act.* 1.

*Confeſſio.* THESIS II. *Erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Luc. 11. v. 14. Qui gravia peccata in Confeſſione occultant. I. Per Pœnitentiæ Sacramentum non juſtificantur. II. In extremo Judicio confundentur. III. Inferni Supplicijs adjudicabuntur. *La Selve Conc.* 1. *in Adventu.*

*Peccatum veniale.* THESIS III. *Erat ejiciens dæmonium.* Luc. 11. v. 14. Non tantum

tum malum eſſe à dæmone obſideri, quàm peccato veniali inquinari. *Lege Menoch. Cent. 6. c. 67.*

THESIS IV. *Locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ.* Luc. 11. v. 14. Confeſſio quinque ſtupendas operatur mutationes. I. Mutat *Peccatorem.* II. Mutat *Peccatum.* III. Mutat *Deum.* IV. Mutat *Cœlum.* V. Mutat denique *Infernum.* Scilicet Peccatorem ex inimico in amicum Dei; Peccatum ex nocivo in non nocivum; Deum ex irato in placatum; Cœlum ex clauſo in apertum; Infernum ex aperto in clauſum. *Thomas Reina in Quadrageſimali Dom. 3.* *Confeſſio.*

THESIS V. *Spiritus immundus.* Luc. 11. v. 24. I. Quando homo contrahit peccatum *Superbiæ,* peccat ſicut Angelus. II. Si ſe permittit *Avaritiæ,* peccat, ut homo. III. Si ſe coinquinat peccato *Immunditiæ,* peccat, ut beſtia. *Comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Pſ. 48. S. Bern.* *Luxuria.*

THESIS VI. *Immundus Spiritus.* Luc. 11. v. 24. Cor impurum viva imago Inferni, ſeu damnationis, quæ

quatuor in ſe continet: I. *Tenebras* horribiles: Mittite eum in tenebras exteriores Matth. 22. II. *Perturbatio*; Nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat Job. 10. III. *Servitus* perpetua: Pluet ſuper peccatores laqueos Pſ. 10. IV. *Vermis*: Vermis eorum non moritur Marc. 9.

*Confeſſio.* THESIS VII. *Locutus eſt mutus*, Luc. 11. v. 14. Diabolus noſtræ ſalutis inimicus, cùm nôſſet, quia peccatum *verecundiam* habet, Pœnitentia *fiduciam*, ordinem reprobus permutavit, & invertit: Pœnitentiæ dedit verecundiam, fiduciam Peccato S. Chryſoſt. Procem. in Iſai. In Judicio confundentur perniciosè, qui non volunt confundi ſalubriter. *S. Aug. ſup. Pſ. 85. Bretteville hic.*

*Mutus.* THESIS VIII. *Et illud erat mutum*, Luc. 11. v. 14. Tria genera ſunt mutorum inter Chriſtianos. I. Primi ſunt *Timidi*, qui muti ſunt, cùm publica peccata deberent reprehendere. II. Secundi *Superbi*, qui muti ſunt, cùm peccata ſua, maximè impudica, deberent confiteri. III. Tertij *Impij*, qui muti ſunt, cùm deberent laudes Dei can-

cantare, & orare. Primi Muti Chriſtiani violant præceptum fraternæ Correctionis; Secundi profanant Sacramentum Pœnitentiæ; Tertij deſunt Officio ſuo colendi Deum, ſeu Religionis. *Nicolaus de Dijon Capucin.*

# DOMINICA IV. QUADRAGES.

THESIS I. *Unde ememus panes?* Joan. 6. v. 5. Eſt enim Solicitudo, quæ *decet.* II. Solicitudo, quæ *prodeſt.* III. Solicitudo, quæ *nocet.* *Solicitudo.*

THESIS II. *Cùm vidiſſent, quòd JESUS fecerat ſignum.* Luc. 6. v. 14. Miracula quotidiana in Ecclefia ſunt; I. Euchariſtia. II. Confeſſio. III. Gubernatio Mundi &c. Sed quia quotidiana, jam non ſunt in conſideratione apud homines &c. *Videſis Lectiones III. Noctur. in hodier. Brev.* *Miraculũ.*

THESIS III. *Sequebatur eum multitudo magna.* Luc. 6. v. 2. I. Magna pars *Commodũ proprium.*

pars hominum ſequitur Deum tantùm propter bona Temporalia, & honores mundanos. II. Alia pars hominum alijs non benefaciunt, niſi ob proprium Commodum, & rationem Politicam. *Quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducâſtis ex panibus, & ſaturati eſtis.* Joan. 6. v. 26. Quàm multi non quærunt JESUM, niſi ut faciat illis bene: impletur quotidie talibus Eccleſia, vix quæritur JESUS propter JESUM. *S. Aug. c. 6. tract. 23. in Joan. Bretteville. hîc.*

*Auxiliū Dei.* THESIS IV. *Ipſe enim ſciebat, quid eſſet facturus.* Luc. 6. v. 6. Deus in ſe perfectè confidentibus I. vel immediatè *per ſe* ipſum, multiplicando eis gratias. II. Vel *per alios*, quibus ſuam voluntatem aperit, & incitat ad benefaciendum ijs. III. Vel *per ipſosmet* benedicendo illorum labores, fructúsque, ſubvenit. Quæritur enim quomodo & quando, & ubi quinque panes fuerint multiplicati? S. Auguſtinus tract. 24. in Joan putat, id contigiſſe intra manus Chriſti. S. Chryſoſtomus credit, accidiſſe id intra manus Diſcipulorum, cùm diſtribuerent. hom. 14. S. Hilarius hom. 3. de Trinit. tenet, id eveniſſe

niſſe intra manus diſcumbentium, & frangentium. Certamen fit inter Panes, & Homines, homines manducant, panes creſcunt; vincunt panes, homines ſuperantur, illi ſufficiunt, iſti deficiunt. *Euſeb. Emiſſenus hîc.*

THESIS V. *Panes non ſufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat.* Luc. 6. v. 7. De Dei Providentia non eſſe Dubitandum, non Murmurandum, non Diffidendum: Sunt enim I. *Dubitantes* increduli. II. *Murmurantes* imprudentes, & ingrati. III. *Diffidentes* timidi & puſillanimes. *Fiducia in Deum.*

THESIS VI. *Impleti ſunt.* Luc. 6. v. 12. Tribus adducti rationibus poſſumus ire in Suſpiria Job: Dum comedo, ſuſpiro: I. Quia comedendo aſſimilamus nos brutis animalibus. II. Occaſionem tentationibus ponimus. III. Proferendo vitam incolatum prolongamus. *Menſa.*

DO-

# DOMINICA PASSIONIS.

*Peccatum mortale.* THESIS I. *Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum.* Joan. 8. v. 59. Peccatum Mortale I. *Chriſto*, II. *Animæ*, III. *Bonis Operibus* mortem infert. Vivit enim Chriſtus, vivit Anima, vivunt Bona Opera, & ita vivunt, ut immortalitatis quemdam præſeferant characterem. Iſtis omnibus peccatum Mortale mortem parat. *La Selve Conc. 4. in Adventu.*

*Peccatum mortale.* THESIS II. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8. v. 46. I. Peccatum Mortale *Admiſiſſe* prorſus horrendum eſt. II. Peccando *Conſueſcere* longè horribilius: III. *Indureſcere* in peccato res omnium horribiliſſima eſt. *Vide Fullon. in 1. Mach. Excurſu 3. in c. 4. fol. 201.*

*Peccatum occultum.* THESIS III. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8. v. 46. Peccata occulta ſunt quadruplicia. I.

Quæ

Quæ paucis Hominibus conſcijs fiunt. II. Quæ ſoli Deo, Angelis, & Homini peccanti cognita ſunt. III. Quæ ſoli Deo, & Homini peccanti cognita ſunt, ut cogitationum peccata. IV. Quæ ſoli Deo cognita ſunt, non homini ipſi, qui commiſit, nempe occulta. *Vide Fullonium loco ſuperiori fol. 206. col. 2.*

THESIS IV. *Si veritatem dico, non creditis mihi?* Joan. 8. v. 45. I. Veritas quidem odium parit apud pleroſque hominum, maximè ſi contraria eſt illorum opinioni, quam veram putant, vel eorum animi affectionibus, vel corporis ſenſibus. II. Tamen dicenda eſt à Concionatore *Fortiter, Conſtanter, Prudenter.* Bretteville hìc. *Veritas.*

THESIS V. *Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum.* Joan. 8. v. 59. Quid faciam populo huic? adhuc paululùm, & lapidabit me. Exod. 17. v. 4. Tanquam homo à lapidibus fugit, ſed væ illis, à quorum lapideis cordibus Deus fugit. S. Aug. tract. 43. in Joan. Idem dic de lapideis manibus, lapideis verbis &c. *Cor.*

THE-

*Peccatum quid ſit?*

THESIS VI. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8. v. 46. Peccatum eſt I. Opus diaboli, qui illud ſuggerit. II. Ruina hominis, dum conſentit. III. Pœna Dei, qui illud ſæpenumero propter præcedens peccatum permittit.

*Deus.*

THESIS VII. *Exivit de Templo.* I. Quando nos deſerimus Deum, meritò Deus queritur de nobis, quòd ipſum relinquamus. II. Quando Deus non deſerit, injuſtè nos querimur, quòd ille nos deſerat.

*Terror peccati.*

THESIS VIII. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8. v. 46. Ad fugiendum peccatum oportet recordari I. Quæ & quanta eapropter oportuerit *Chriſtum* pati. II. Quæ & qualia perferre debeant ipſi *Peccatores*, dum committunt. III. Quænam denique cogantur ſubire mala *Damnati*. *Di-ction. Apoſt.*

*Diſceſſus Dei à peccatore.*

THESIS. IX. *Exivit de Templo.* Joan. 8. v. 59. Diſceſſus hic terribilis eſt, quem Chriſtus *eod. cap. 8. Joannis* aliis verbis expreſſit. Ego vado, & quæretis me, & in peccato ve-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

veſtro moriemini. Quærit peccatores, peccatores eum fugiunt, denique ſe elongat à peccatoribus. I. Quòd quærat Deus peccatores, *Exceſſus Amoris eſt.* II. Quòd peccatores Deum fugiant, *Exceſſus Ingratitudinis eſt.* III. Quòd Deus diſcedat, & ſe elonget à peccatoribus, *Triſtis affectus Vindictæ eſt.* Unde patet Difficultas, quam habet Deus nos deſerendi: Violentia, quam ei facimus, ut nos deſerat; Miſer Status, in quo ſumus ab eo deſerti. *Scientia univerſalis pro Cathedra, ſeu Dictionarium Morale.*

# DOMINICA PALMARUM.

THESIS I. *Solvite, & adducite mihi.* Matth. 21. v. 2. I. Anima peccatoris *ligata* eſt. Aſina eſt anima alligata multis vinculis peccatorum, inquit S. Hieronymus. Vinculum noſtrum avaritia eſt, vinculum noſtrum ebrietas eſt, vinculum noſtrum *Peccator converſus.*

G con-

concupiſcentia eſt, vinculum noſtrū ſuperbia eſt: Sunt & diaboli vincula: Scriptum eſt enim: *Hanc filia Abrahæ alligavit Sathanas decem & octo an-nis* S. Ambroſ. in Pſ. 118. Item ma habitus, & paſſiones vincula ſunt. I *Solvitur* per Confeſſionem à Sacerdote item per Contritionem in ejus abſenti III. *Adducitur* ad Deum per Verbu Dei, per bona exempla &c. *Brem-ville.*

*Peccatum.* THESIS II. *Cùm appropinquaſ JESUS Jeroſolymis, & veniſſet Bethph ad montem Oliveti.* Matth. 21. v. Paſſio Chriſti oſtendit, quàm grand malum peccatum ſit. *Vide Segne Chriſtianum inſtitutum in ſua Lege. pa 2. Diſcurſ. 21.*

*Triumphus Chriſti.* THESIS III. *Oſanna Filio D vid.* Matth. 21. v. 9. I. Chriſt Redemptor noſter triumphat moriens II. Mundus triumphans infert mo tem. *Reina Dom. Palm.*

*Tempus ſacrum.* THESIS IV. *Cùm appropinquaſ JESUS Jeroſolymis.* Matth. 21. v. Hebdomas Major, quemadmodu ſemper in ſumma veneratione ac de votione à primis Chriſtianis tranſac

fu

fuit, ita etiam nunc à nobis coli oportet. I. Mortificatione Corporis. II. Abdicatione omnis generis Deliciarum. III. Purgatione animæ à Peccatis. IV. Ceſſatione, quantum fieri poteſt, à Labore manuali. *Faber hìc Conc. 3. item Kybler tom. 2. fol.* 843.

# DOMINICA RESURRECTION.

THESIS I. *JESUM quæritis Nazarenum Crucifixum: Surrexit.* Marc. 16. v. 6. Deus Chriſto in Reſurrectione ſua cumulatè reſtituit I. *Vitam Naturalem*, quam in Paſſione ſua perdidit. II. *Vitam Civilem*, id eſt honorem, quem ipſi Judæj abſtulerunt. III. *Vitam Moralem*, qua vivebat in corde hominum, qui ipſum deſeruerunt. *Andreas Caviari part 2. Exercit.* 24. *Vita triplex.*

THESIS. II. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. I. Reſurrexit in eo *Mundus*. II. Reſurrexit in eo *Cœlum*. III. Reſurrexit in eo *Terra*. Erit enim Cœlum novum, & Terra nova. *S. Ambroſ.* *Reſurrectio.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*broſ. lib. de Fide Reſurrectionis. Vide i Breviario Dom. 5. poſt Paſcha. Lect. 6. No cturni ſecundi.*

*Reſurrectio Peccatoris.*

THESIS III. *Surrexit.* Marc 16. v. 6. Veritas Reſurrectionis Dominicæ probatur I. Ex Terræ concuſſione. II. Lapidis revolutione. III Cuſtodiæ disjectione. Sic Reſurrectio vera Peccatoris probatur I. Si co dolore concuſſum. II. Si tumulus pertus eſt per per Confeſſionem. II Si pravi habitus receſſerunt. *Vivien Tertul. Prædic. Verbo Chriſtus reſuſcit tus.*

*Mutatio Vitæ.*

THESIS IV. *Surrexit: Non hic.* Marc. 16. v. 6. Reſurrecti Chriſti duo includit: I. *Mutation* ſtatûs prioris. II. *Conſtantiam* in nov ſtatu. Quid prodeſt, quia humiliami ni, ſi non mutamini? S. Aug. Chri ſtus reſurgens ex mortuis, jam non mo ritur mors illi ultra non dominabitur. Ita & vos Rom 6. Ut quomodo Chri ſtus reſurrexit à mortuis, ita & nos novitate vitæ ambulemus. Rom. 6 *Nepveu. Medit. Fer. 3. Paſchatis.*

*Reſurrectio.*

THESIS V. *Surrexit: Non hic*

*hìc.* Marc. 16. v. 6. Chriſtus per Reſurrectionem immutatus eſt I. Ab *humili forma ſervi* ad Dei Sublimitatem. II. Ab *ignominiæ forma* ad Gloriam & honorem. III. A paſſibili & *mortali forma* ad Impaſſibilitatem, & Immortalitatem. *Vivien. in Tertull. Verbo Chriſtus reſuſcit.*

THESIS VI. *Surrexit verè.* Eccleſ. Tria Reſurrectionum genera in Scriptura reperire eſt. I. Prima *Apparenter* facta, qualis fuit illa Samuëlis per Magicas artes Sauli exhibita. II. Secunda *Vera, ſed Imperfecta* Lazari, qui iterum mortuus eſt. III. Tertia *Vera & Conſtans* Chriſti, qui reſurgens jam non moritur. Ita habet ſe etiam Reſurrectio diverſa Chriſtianorum. Aliqui tantùm reſurgunt apparenter, qui tantùm ex neceſſitate, vano reſpectu, vel conſuetudine in Paſcate accedunt ad Confeſſionem. Aliqui reſurgunt per Pœnitentiam verè, ſed tantùm ad tempus, poſtea redeunt ad peccata. Aliqui reſurgunt verè, & conſtanter, qui non ampliùs peccant. *Didacus Niſſ. in Serm. Quadrag. Serm. ultimo, ſeu Periocha 6, item Nepveu. fer. 3. Paſc.*

*Reſurrectio.*

*Præmium.* THESIS VII. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. Quatuor ſunt emolumenta in Reſurrectione, oppoſita damnis in Paſſione. I. *Gaudium* locò triſtitiæ, quo etiam veluti ſpirituali fruitur anima reſurgens. II. *Honor* locò opprobrij infinitè major; item *Excellentia* locò humiliationis, quæ etiam animæ pœnitenti accedit per Gratiam. III. *Pulchritudo* locò deformitatis ſanguinolentæ. IV. *Vita* locò Mortis æterna. Quæ omnia ornamenta Anima acquirit per Gratiam.

*Victoria.* THESIS VIII. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. I. Chriſtus reviviſcens vicit *Elephantem*, ſcilicet Mundum. II. Chriſtus reviviſcens vicit *Leonem*, ſcilicet Diabolum. III. Chriſtus reviviſcens vicit *Crocodillum*, ſcilicet Mortem. *De triplici hac Victoria vide Drexelium de Christo Reſurg. c. 9.*

*Vita triplex.* THESIS IX. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. Triplici Reſurrectione triplicem vitam recipit Chriſtus Reſurgens. I. Primò recipit *Vitam Naturalem* reſuſcitando ſeipſum; Glorioſior iſta, quàm illa Nativitas; illa enim cor-

corpus mortale genuit, hæc dedit immortale. S. Aug. Serm. de tempore 129. II. Recipit *Vitam Civilem*, ſe reſuſcitando in Exiſtimatione Hominum, quam reparavit glorioſiſſimè: Fecit tranſitum à ſuppliciijs reorum ad frontem Imperatorum. S. Aug. loquens de Cruce. III. Recipit *Vitam Moralem*, ſe ſuſcitando per gratiam ſuam in corde ſuorum Apoſtolorum: Reſurrexit propter Juſtificationem noſtram Rom. 4. Hinc Tertullianus bellè nominat Mortuos, qui cum Chriſto reſurrexerunt è tumulis: Appendices Reſurrectionis. *Jacobus Biroat. Ord. Cluniac.*

THESIS X. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. Reſurrectio Chriſti eſt I. Defunctis *Vita*. II. Peccatoribus *Venia*. III. Sanctis *Gloria*. *Euſebius Emiſſ. hom. 2. de Symbolo.* *Reſurrectio.*

THESIS XI. *Surrexit: Non eſt hic.* Marc. 16. v. 6. Corpus Chriſti I. fuit *in Sepulchro* ſine ulla corruptione. II. Surrexit *è Sepulchro* ſine ullo auxilio, III. Vivit extra *Sepulchrum* ſine omni Periculo, ut remoriatur. Non ita Lazarus &c. *La Selve hic tom. 2. fol. 317.* *Sepulchrū.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Reſurrectio.* THESIS XII. *Surrexit.* Marc. 16 v. 6. Reſurgentium tria genera. I. *Fictum.* II. *Verum.* III. *Perfectum.* *Vide Didac. Niſſen. ſer. 2. poſt Paſcha. §. 4. uti ſupra.*

*Mors.* THESIS XIII. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. Mors impoſterum non niſi Somnus. Chriſtus nempe primitiæ dormientium 1. *Cor.* 15. *v.* 20. Qui dormierunt in Chriſto. *ibid.*

*Reſurrectio.* THESIS. XIV. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. I. Promptitudo Reſurrectionis Chriſti fortiſſimum *Potentiæ* ſuæ argumentum eſt. II. Fidelitas in Reſurrectione ſua certiſſimum teſtimonium eſt prædicatæ *Veritatis.* III. Fructus Reſurrectionis ſuæ evidens pignus eſt *Miſericordiæ* ſuæ. *Dict. Apoſt.*

THESIS XV. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. I. Nullus hominum ſeipſum à morte ſuſcitavit, quàm Chriſtus. II. Nullus etiam ſuſcitatus eſt, ut non ampliùs moreretur. III. Nullus denique ſuſcitabit omnes homines, quàm Chriſtus. *Durand.*

THE-

THESIS XVI. *Surrexit.* Marc. 16. v. 6. I. Reſurrexit Chriſtus: *abſoluta res eſt.* Corpus erat, Caro erat; pependit in cruce, emiſit animam: poſita eſt Caro in ſepulchro; exhibuit illam vivam, qui vivebat in illa... Deus eſt, qui fecit. S. Aug. *Serm.* 137. de tempore. II. *Sed* etiam *abſoluta res eſt* ex parte noſtra, Redempti ſumus à peccatis; evaſimus tyrannidem Diaboli; reſurgemus in hac ipſa carne, qua viximus. *Reſurrectio.*

# DOMINICA I. poſt PASCHA.

THESIS I. *Oſtendit eis manus, & latus.* Joan. 20. v. 20. Chriſtus I. Vulnera *paſſus eſt.* II. Vulnera *oſtendit.* III. Vulnera *retinuit.* Primum ſcilicet, ut nos æterno Patri reconciliaret, à dœmonis ſervitute redimeret, Paradiſi portas aperiret. Secundum, ut ſuum Apoſtolis manifeſtaret amorem, ut eos in Fide firmaret, ut eos ad Patientiam excitaret. Ter- *Vulnera Chriſti.*

tium,ad ſuam Gloriam ,ad noſtrum bo-num , ad reproborum confuſionem. *Li Selve hîc. tom. 1. fol.* 333.

*Præſentia Dei.* THESIS II. *Stetit in medio.* Joan. 20. v. 20. Gemina Peccatorum infelicitas eſt. I. Prima earum eſt, quòd non cogitent, Deum ipſis præſentem eſſe. II. Secunda, quòd non cogitent, ſe Deo præſentes eſſe. *Nepveu* 11. *Febr.*

*Fides.* THESIS III. *Niſi videro, non credam.* Joan 20.v. 25. Ad Curioſitatem in rebus Fidei tollendam tria maximè concurrunt. I. *Humanæ Mentis imbecillitas.* Homo enim ſua intelligentia nequit attingere, quæ ſunt ſupra ipſum, infra ipſum, intra ipſum. II. Divinorum *Myſteriorum Sublimitas.* Nam intellectus humanus Divina non poteſt cognoſcere myſteria ob eorum magnitudinem, ſubtilitatem, & occultationem. III. *Curioſorum lapſus,*& infelicitas. Perſæpe enim curioſi labuntur in errorem, hæreſin, Atheiſmum. *Vivien. in Tertull. Prædic. verbo Fides.*

THESIS IV. *Noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Joan. 20. v. 27. I. Etſi Ca-

tholici

tholico maxima ſit conſolatio, quòd certus ſit, ſe in Fide non errare, nec decipi. II. Tamen Credenda credere, & vitam Fidei contrariam vivere terrori eſſe poteſt. Ita enim Credere, & ita Vivere eſt Chimæra, & non Chimæra hujus Sæculi. *Vide Juglarem in Quadrageſimali Conc.* 2.

*Peccatum.*

THESIS V. *Dominus meus.* Joan. 20. v. 27. Ex plenitudine Dominii, quod Deus habet in Homines, gravitas Peccati mortalis colligi poterit. *Segneri in Chriſtiano p.* 2. *Diſc.* 2.

*Vulnera.*

THESIS VI. *Affer manum tuam, & mitte in latus meum.* Joan. 20. v. 27. Aſpectus Vulnerum Chriſti Reſuſcitati tres admirabiles effectus in anima S. Thomæ produxit. I. Nam ex conſpectu eorum *Intellectus* ipſius recepit lumina Fidei, quæ in eo erant obſcurata. II. *Voluntas* inflamata eſt igne Amoris, qui extinctus erat. III. *Memoria* in Mentem revocavit bonum Magiſtrum ſuum, cujus oblitus eſt. *Sic perdidiſti in triduo memoriam Magiſtri, ut non crederes Omnipotentiæ Chriſti?* S. Aug. Serm. 159 de temp. *Quid ſi iſta Vulnera cum cæteris abolita fuiſſent, quod peri-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*periculum Fidei tuæ curioſitas iſta peperiſ-ſet? S. Chryſol. Serm. de S. Thoma. Dion. Capuc. Feſto S. Thom.*

*Pax.* THESIS VII. *Pax vobis.* Joan. 20. v. 21. Peccator trina fruitur inordinata Pace, ſcilicet cum Mundo, Diabolo, & Seipſo. I. *Cum Mundo*, quia nulla Mundi adverſitate gravatur. II. *Cum Diabolo*, quia nulla Diaboli tentatione pulſatur. III. *Cum Seipſo*, quia nullis conſcientiæ ſtimulis cruciatur. *Vivien. Tertul. Prædic.*

*Miſericordia Dei.* THESIS VIII. *Venit JESUS januis clauſis.* Joan. 20. v. 26. Deus bonus erga Peccatores. I. Illos *Exſpectat.* II. *Quærit.* III. Illos *Recipit.* Ecce Patientia Dei, Solicitudo Dei, Affectus Dei erga peccatores. *La Selve Conc. ſ. in Advent. fol. 82.*

*Pax.* THESIS IX. *Pax vobis.* Joan. 20. v. 21. Datur Pax mala, quam Scelerati ſanciunt I. ad Errorem inducendum. II. ad Juſtum perſequendum. III. Ad Crimen committendum.

*Quinque Senſus.* THESIS X. *Gaviſi ſunt ergo Diſcipuli viſo Domino.* Joan. 20. v. 20. Qui tunc

tunc in omnibus corporis ſenſibus ſingularem conſolationem experiebantur. I. *In Auditu*, audiendo ipſum loquentem. II. *In Viſu*, aſpiciendo, & contuendo ipſum oculis ſuis. III. *In Tactu*, palpando manus, & latus. IV. *In Guſtu*, manducando cum ipſo. V. *In Odoratu*, quando per halitum inſufflavit eis Spiritum Sanctum. De his omnibus Scriptura teſtatur: 1. Dixit eis. 2. Videte manus meas &c. 3. Palpate, mitte manum tuam &c. 4. Sumens reliquias dedit eis. 5. Inſufflavit. *Joan.* 20, *Caviari. part.* 2. *Exercitio* 25.

THESIS XI. *Beati, qui non viderunt, & crediderunt.* Joan. 2. v. 29. I. Fidei lumina omnium ſunt pulcherrima, dum in hac terra vivimus. II. Fidei lumina faciunt, ut incipiamus jam hic in terra poſiti videre, quæ in altera vita viſuri ſumus. III. Fidei lumina nos in ſtatu collocant promerendi lumen Gloriæ. *Diction. Apoſt.* *Fides.*

THESIS XII. *Noli eſſe incredulus.* Joan. 20. v. 27. I. Incredulus non audit vocem Simplicium. II. Eſt ſurdus *Incredulus.*

dus ad vocem Miraculorum. III. Perſequitur eos, qui teſtimonium exhibent Veritati. *Ibid:*

*Vulnera Chriſti.* THESIS XIII. *Oſtendit eis manus & latus.* Joan. 20. v. 20. I. Chriſtus oſtendendo nobis Vulnera ſua, curare cupit Vulnera noſtra. II. Oſtendendo nobis Vulnera ſua, vulnerare cupit Cor noſtrum. III. Oſtendendo nobis Vulnera ſua, impedire vult nos, ne infligamus ei nova Vulnera. *Dict. apoſ.*

# DOMINICA II. poſt PASCHA.

*Ovis.* THESIS I. *Ego ſum Paſtor bonus.* Joan. 10. v. 11. An Chriſtus plùs candidas, quàm nigras, hoc eſt, plùs innocentes quàm pœnitentes oviculas foveat? Problema eſto. *Vide Segneri in Quadrageſ. Conc.* 32. *n.* 6.

THESIS II. *Cognoſcunt me meæ.* Joan. 10. v. 14. Signa Ovium Boni Paſtoris ſunt. I. Quòd oves eum *cognoſcant*, ſcilicet Dignitatem ipſius pro

vene-

veneratione. II. Quòd ipſum *audiant*, ſcilicet Vocem ejus, ut obediant. III. Quòd ipſum *ſequantur*, ſcilicet Vitam ejus pro imitatione. *Nicolaus Diion Capuc.*

THESIS III. *Mercenarius autem fugit*. Joan. 10 v. 13 S. Ægidius Socius S.Franc.Seraph. Beatum illum dicebat. I. Qui amat, & non deſiderat amari. II. Qui ſervit, & ſerviri ſibi non cupit. III. Qui ſe bene erga alios gerit, non tamen eo fine, ut ſe erga illum viciſſim bene gerant. *Amor perfectus.*

THESIS IV. *Mercenarius autem fugit*. Joan. 10. v. 13. O quàm diverſè operantur Paſtor, Mercenarius, & fur. I. *Fur* rapit, & mactat. II. *Mercenarius* permittit, neque defendit. III. *Paſtor* ſuâ vitâ contemptâ ovium ſaluti invigilat, & dat animam pro eis. *Vide Breviar. Feſto S. Thomæ Cantuar. Noct. 3. Lect. 7. ex Chryſoſt.* *Paſtor, Mercenarius, Fur.*

THESIS V. *Illas oportet me adducere*. Joan. 10. v. 16. Triplici modo Bonus Paſtor perditam oviculam adducere ſolet. I. *Sola voce*, ſicuti Matthæum. II. *Per Canem*, ſicuti Petrum *Paſtor bonus.*

trum, ubi gallus inſtar canis erat. II. *Virgâ*, ſicuti Paulum, quem cœcitate percuſſit, & Filium prodigum &c. *Vide de Benign. Kyblerum tom.* I. *fol.* 440. *item tom.* 2. *fol.* 893.

THESIS VI. *Vocem meam audient.* Joan. 10. v. 16. I. Oportet Hæreticos allicere *Suaviter.* II. Exſpectare *Patienter.* III. Recipere *Amanter.* Hac via etiam trahuntur Peccatores.

*Manſuetudo.*

THESIS VII. *Vocem meam audient.* Joan. 10. v. 16. I. Qui Mitis eſt, Homo eſt; qui Aſper, & furioſus, Beſtia eſt. II. Qui Mitis eſt, Rex eſt; qui furioſus & durus, Mancipium eſt. III. Qui Mitis eſt, Chriſtianus eſt, qui iracundus, Paganus, ſeu Barbarus. *Craßet. Conſid. feria* 5. *hebd.* 5. *poſt Pent.*

*Paſtoris officium.*

THESIS VIII. *Ego ſum Paſtor bonus.* Joan. 10. v. 11. Paſtor bonus debet gregem ſuum. I. Paſcere *Verbo.* II. Præire *Exemplo.* III. Curare *Subſidio.* *La Selve hic. tom.* I.

THESIS IX. *Ego ſum Paſtor bonus.* Joan. 10. v. 11. Bonus Paſtor noſter I. Scit vias, per quas ad Deum tendere poſſumus. II. Edocet ſemitas

Juſtitiæ. III. Præcedit in via ſuo exemplo. IV. Juvat, & facilitat iter, imò portat per Gratiam.

THESIS. X. *Ego ſum Paſtor bonus.* Joan. 10. v. 11. Officium boni Paſtoris eſt: I. Ducere oves ſuas. II. Paſcere. III. Ponere vitam pro ovibus ſuis.

THESIS XI. *Ego ſum Paſtor bonus.* Joan. 10. v. 11. I. Paſtor bonus debet gregem ſuum paſcere, non ſeipſum. II. Debet gregem ſuum defendere, non fugere. III. Debet vitam ſuam exponere pro grege ſuo, non gregem ſuum pro vita ſua.

THESIS XII. *Qui non eſt Paſtor.* Joan. 10. v. 12. Qui indignis in procuranda dignitate favent, illos juvant &c. Sunt injuſti. I. *Erga Digniores*, quibus indignos præponunt, vel per electionem, vel per reſignationem, vel per nominationem. II. *Erga Rempublicam* præficiendo illos, qui eam non erudiunt ob ignorantiam; non cuſtodiunt ob negligentiam; non ædificant ob malitiam. III. *Erga Indignos*, quos ludibrio, & damnationi ex- *Electio Paſtoris.*

H po-

ponunt ; Nam antea Magni , modò Parvi, antea Sapientes, modò Stulti, antea Probi, modò Improbi videntur, & habentur. *Vivien. Tertull. Prædic. p.* 1 *de Ambitione Conc.* 3.

THESIS XIII. *Ego ſum Paſtor bonus.* Joan. 10. v. 11. I. Quando aberravimus, vocare debemus gemitibus Bonum Paſtorem. II. Quando ipſe nos vocat, currere ad ipſum debemus totis viribus. III. Quando ille nos ducit, toto corde ipſum ſequi debemus. *Dict. Apoſt.*

# DOMINICA III. poſt PASCHA.

*Tribulatio.* THESIS I. *Nunc quidem triſtitiam habetis.* Joan. 16. v. 20. Perſecutiones ſunt hæreditas Hominis Chriſtiani. Remedium illas bene tolerandi eſt. I. Cogitare , quòd ſimus *Homines.* II. Cogitare, quòd ſimus *Chriſtiani.* Nam ut *Homo* eſt, Quis tam ſuperbæ, & impotentis arrogantiæ, ut in hac Naturæ neceſſitate omnia ad eun-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eundem finem revocantis, ſe unum, ac ſuos ſeponi velit? inquit Seneca. Ut Chriſtianus. Pudeat ſub ſpinoſo capite eſſe membrum delicatum. S. Bernardi verba ſunt. *Nicol. Cauſſin. in Anno Sacro.*

THESIS II. *Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Joan. 16. v. 20. I. Veri Chriſtiani non vivunt ſine lacrimis, & triſtitia. II. Sed has lacrimas, & triſtitiam iſtam ſequitur lætitia, & conſolatio æterna. Homines mundo dediti non niſi lætitiam captant; econtra veri Chriſtiani ſuam felicitatem in Afflictione conſtituunt, cujus triplicem fontem Chriſtianus habet, quorũ I. *Peccatum.* II. *Dæmon.* III. *Juſtitia Divina* eſt. Unde tibi lætitia? Nunquid jam diabolum viciſti? Nunquid jam inferni pœnas evaſiſti? Nunquid jam de exilio ad patriam veniſti? Inquit S. Aug. *de Conflictu vitiorum, ac virtutum. c.* 21. Mundani verò homines putant ſe hìc, & ibi deliciis affluere poſſe. Sed fruſtra: qui habet requiem ſuam in hoc mundo, ne ſperet, æternam requiem ſe poſſe conſequi. Ait S. Athanaſius *de Virg.* Peccata nemo luget, quod lugere non Triſtitia.

iubemur, id lugemus. *S. Chryſoſt. hom. 61. in c. 11. Joan. Bretteville.*

*Modicum.* THESIS III. *Modicum.* Joan. 16 v. 19. Septem Modica pro ſeptem diebus hebdomadæ conſideranda proponi poſſent; ſcilicet: I. Modicum *Temporis.* II. Modicum *Servitium*, quod Deo impendimus. III. Modic *Vitia* à nobis depoſita. IV. Modic *Bona*, quæ fecimus. V. Modicus *Electorum numerus.* VI. Modicum, quod requiritur *ad Damnationem.* VII. Modicum, quod requiritur ad parandam *Beatitudinem. Faber hìc Conc. 2.*

*Gaudium præſens.* THESIS IV. *Modicum.* Joan. 16. v. 16. Quàm modicum ſit gaudium Malorum in hoc Sæculo, ſcilicet I. *In ſe ipſo* ſpectatum. II. *Comparatione* ſolidorum gaudiorum. III. Reſpectu brevis *Durationis.* IV. Ratione *Injuſtitiæ* ſecuturæ. *Faber hìc Conc. 4.*

*Adverſitas.* THESIS. V. *Modicum.* Joan. 16 v. 16. Quam modicum tribulationis I. Si comparetur cum *Peccato.* II. Si conferatur cum *Demeritis noſtris.* III. Si conferatur cum *Malorum Proſperitate.* IV. Si conferatur cum *Tribulationibus* ...

*liorum.* V. Si conferatur cum *Pœnis damnatorum* VI. Si conferatur cum *æterna Gloria*. *Faber hìc*. *Conc*. 5.

THESIS VI. *Modicum, & jam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me.* Joan. 16. v. 16. Deus quandoque ſe ſubtrahit & Bonis, & Malis, Juſtis & Peccatoribus, ſed aliter his, aliter illis: I. *Abſentia* apud Juſtos non diu durat, quia citò cum ipſo in gratiam redeunt. II. Sed & *Præſentia* illius apud peccatores non diu durat, quia citò ad peccatum redeunt. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Dixit Redemptor tuus Dominus. *Iſai.* 54. *v.* 7. *Texier hìc.* *Receſſus Dei.*

THESIS. VII. *Modicum.* Joan. 16. v. 16. I. Peccatoribus unum peccatum velut nullum peccatum, Modicum eſt. II. Cùm tamen reapſe unum peccatum non unum peccatum eſt, ſed plùs quàm unũ, & niſi ſtatim deleatur, alterum poſt ſe trahit; peccatum in ſe, & peccati ſequentis cauſa eſt, at- *Peccatum unum.*

que ita peccatum conſequentiæ ſimul & peccatum in ſe eſt.

*Voluptas.* THESIS VIII. *Modicum.* Joan. 16. v. 16. Voluptates Mundi revera in ſe Modicum ſunt. I. *Mentiuntur.* II. *Moriuntur.* III. *In mortem trahunt.* S. Aug. Quàm ſtultum ergo illas ſectari.

*Vita Senſualis.* THESIS. IX. *Iterum videbitis me.* Joan. 16. v. 16. I. Aliqui tantùm Credunt, quod vident; Sperant, quod ipſis poſſibile eſt; Amant, quod ipſis gratum eſt. Hæc utique *Vita Senſualis* eſt, credere in lumine, ſperare in viribus, amare in conſolatione. II. Aliqui credunt, quod non vident, ſperant, quod vires ſuperat, amant in tribulatione: Hæc utique *Vita Spiritualis* eſt. *Craſſet in Confid. Dom. 2. Epiph. ſer. 6.*

*Gaudium.* THESIS X. *Gaudebit cor veſtrum.* Joan. 16. v. 22. Verum gaudium conſiſtit I. in Deo. II. In Chriſto. III. In Fide Catholica. IV. In bona Conſcientia. V. In Spe Mercedis futuræ. VI. In Tribulationibus. *Fab. Dom. 3. poſt Paſch. Conc. 7.*

THESIS. XI. *Gaudebit cor ve-ſtrum*

ſtrum. Joan. 16. v. 22. I. Aliqui gaudent *in Domino*. II. Aliqui gaudent *in Sæculo*. III. Aliqui gaudent *in Diabolo*. Primi ſunt, qui gaudent in *Bonis*: Secundi, qui gaudent in *Vanis*: Ultimi, qui gaudent in *Malis*. Mali exultant in rebus peſſimis; Mundani ad ſonitum gaudent tympani; Boni, gaudent, quòd Nomina eorum ſcripta ſunt in Cœlis.

# DOMINICA IV. poſt PASCHA.

THESIS I. *Quò vadis?* Joan. 16. v. 16. I. Peccatores vadunt *cogitando*. II. Cadunt *conſentiendo*. III. Conteruntur *Operando*. IV. Illaqueantur per *Conſuetudinem*. V. Capiuntur in *Morte*. Hugo Cardin. in Prov. c. 28. Ecce ſemita peccatorum! Quò vadis? *Via peccatorum.*

THESIS II. *Vado*. Joan. 16. v. 15. Quatuor deplorandi Chriſti diſceſſus. I. Quando recedit cum Gra- *Diſceſſus Chriſti.*

tia ſua. II. Quando recedit cum Fide ſua. III. Cùm hominem incorrigibilem deſerit. IV. Cùm in Judicio recedet à Damnatis. *Faber hîc Conc.* 4.

THESIS III. *Expedit vobis, ut ego vadam.* Joan. 16. v. 7. Subinde expedit, ut *Nos à Deo.* II. Subinde expedit, ut *Deus à nobis* vadat. Primum ſcilicet, ut relinquamus Deum propter Deum: Secundum, ut diligamus Proximum in opere; Semper enim dulciter adhærendo Deo, nunquam negotium Proximi curaremus. Expedit ergo ſubinde, ut Deus hominem propter hominem, & homo Deum propter Deum tantisper dimittat.

THESIS IV. *Expedit vobis, ut ego vadam.* Joan. 16. v. 7. Idque propter ſex cauſas, quas videre eſt infrà Feſto Aſcenſionis. Theſi. 8.

*Mundus.* THESIS. V. *Spiritus Veritatis.* Joan. 16. v. 13. Mundus totus eſt Mendacium. I. In ſuis *Cogitationibus.* II. In ſuis *Verbis.* III. In *Operibus* ſuis. *P. Weſpin. Dom. I. Quadrag. Part. 2.*

THE-

THESIS VI. *Triſtitia implevit cor veſtrûm.* Joan. 16. v. 6. Triſtitia tres Medicos habet. I. Primò *Tempus.* II Secundò *Rationem.* III. Tertiò *Deum.* Dixit quidam *apud Rodriquez tract. de Triſtitia part. 2. tract. 6.*

THESIS VII. *Triſtitia implevit cor veſtrum.* Joan. 16. v. 6. Triſtitia, quæ ſecundùm Deum eſt, in Juſtis producit I. *Collectionem* animi. II. *Compunctionem* cordis. III. *Tranquillitatem* conſcientiæ. *Quæ enim ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in Salutem ſtabilem operatur.* 2. Cor. 7. Triſtitia bona, inquit Caſſianus l. 9. c. 10. obediens eſt, affabilis, humilis, manſueta, ac patiens, utpote ex charitate Dei deſcendens, & ad omnem dolorem Corporis, ac Spiritûs contritionem infatigabiliter ſemetipſam, deſideriô Perfectionis, extendens. *P. Texier. hic.* *Triſtitia bona.*

THESIS VIII. *Triſtitia implevit cor veſtrûm.* Joan. 16. v. 6. Triſtitia, quæ ſecundùm Mundum eſt, producit I. *Diſſipationem* Spiritûs. II. *Obdurationem* Cordis. III. *Perturbationem* Conſcientiæ. *Sæculi autem Triſtitia mortem operatur.* 2. Cor. 7. Utilis *Mala.*

nobis una re tantùm Triſtitia judicanda eſt, cùm hanc pœnitudine delictorum concipimus. S. Aug. l. 9. Conf. c. 10. Triſtitia mala aſperrima eſt, impatiens, dura, plena mœrore infructuoſo, ac deſperatione pœnali. . . . à ſalutari dolore revocat, Orationum efficaciam intercipit, fructus Spiritûs Sancti evacuat. *Caſſian. l. 9. c. 10. Textus hìc.*

*Effectus.*

THESIS IX. *Triſtitia implevit cor veſtrum.* Joan. 16. v. 6. Triſtis eſt Deo, Proximo, & ſibi moleſtus. I. *Deo*, quem inhonorat, & quaſi non Providum ignorantiæ, & injuſtitiæ accuſat. II. *Proximo*, quem ſcandalizat à virtute, & ſervitio Divino avertendo; familiam ex converſatione tædio afficit, eíque gravis fit, tam ſuperiori quàm inferiori ſe moleſtus. III. *Sibi*, dum ſe conſummit mœrore, vitam corporis decurtat, animam conficit, ſe ad omnia officia ineptum reddit. *Craſſet in Conſid. Fer. 2. Paſch.*

*Peccator triſtis.*

THESIS X. *Triſtitia implevit cor veſtrum.* Joan. 16. v. 6. Peccator non habet gaudium: I. In Conſcientia. II. In Corde. III. In Anima. IV.

In

In Morte. V. In Deo. VI. In ipſo Peccato. *Non eſt Pax impijs.* Vel, ut Septuaginta legunt: *Non eſt gaudere impijs.*

THESIS XI. *Triſtitia implevit cor veſtrum.* Joan. 16. v. 6. Plorabitis, & flebitis. Fontes flendi in hac lacrimarum valle ſunt: I. Peccata noſtra præterita. II. Obſtacula Salutis. III. Interdictio Salutis. IV. Vallis lacrimarum iſta. V. Mors, Judicium, Infernus. VI. Gloria non ſine fletu obtinenda. *Faber Dom. 3. poſt Paſch. Conc. 7.* *Triſtitiæ Cauſæ.*

THESIS XII. *Arguet Mundum.* Joan. 16. v. 8. Spiritus Sanctus hodiedum magnam Chriſtianorum partem arguit: I. *De Peccato*, ſcilicet Infidelitatis. Sunt enim, qui ſolùm in ſpeciem, alij, qui nihil credunt. II. *De Juſtitia*, ſeu Virtute, quæ apud plures Chriſtianos non niſi externa, & humana invenitur. III. *De Judicio*, quia ſunt, qui Judicium Dei vel non credunt, vel ſi credunt, non timent, vel ſi credunt, & timent, non ſtudent evitare. *Bretteville hìc.* *Fides.*

THE-

*Peccatum.* THESIS XIII. *Arguet mundum de peccato.* Joan. 16. v. 8. Scilicet I. Injurioſo *Patri.* II. Injurioſo *Filio.* III. Injurioſo *Spiritui Sancto.* *Vide Craſſet Conſid. fer. 6. poſt Dom. IV. Paſc.*

*Miſeria.* THESIS XIV. *Triſtitia implevit cor veſtrum.* Joan. 16. v. 6. Nemo eſt Miſer, niſi talis eſſe velit. *Juglaris Conc. fer. 6. poſt Dom. I. Quadrageſ.*

*Felicitas.* THESIS XV. *Expedit vobis, ut ego vadam.* Joan. 16. v. 7. Ut felix quis evadat, neceſſe eſt I. Adhærere Chriſto, & ire, quò ipſe ivit. II. Ut hoc fiat, oportet Chriſtum ſequi, & premere ipſius veſtigia. III. Hoc ut fiat, oportet abnegare ſe, & ferre Crucem poſt eum.

*Senſus.* THESIS XVI. *Quia non crediderunt in me.* Joan. 16. v. 9. I. *Credere* ſolùm, quod vides. II. *Sperare* ſolùm, quod tibi poſſibile eſt. III. *Amare* ſolùm, quod tibi gratum accidit, omnino vita ſenſuum, ſeu ſenſualis eſt. *Craſſet. Conſid. fer. 6. poſt Dom. 2. Epiph.*

*Triſtitia.* THESIS XVII. *Triſtitia implevit cor veſtrum.* Joan. 16. v. 6. I. Opor-

tet

ret timere Triſtitiam, quæ oritur ex Gaudio. II. Oportet amare Triſtitiam, quæ producit Gaudium. *Dict. Apoſt.*

THESIS XVIII. *Quò vadis?* Joan. 16. v. 5. Quatuor ſunt Viæ hominis: I. *Via Infirmitatis*, & hæc eſt Jerichuntina, per quam homo tranſit in imagine Dei more fluentis aquæ. II. *Via Neceſſitatis*, & hæc eſt via univerſæ carnis, ſcilicet mortis. III. *Via Vanitatis*, & hæc eſt vita in peccatis. IV. *Via Veritatis*, & hæc eſt Charitas. *Petr. Bleſſ. Serm. 2. in Adveutu.* *Via.*

# DOMINICA V. poſt PASCHA.

THESIS I. *Petite, & accipietis.* Triplex in Oratione attentio eſt procuranda. I. Prima *ad Verbum*. II. Secunda *ad Senſum*. III. *ad Objectum*. Bona quidem eſt attentio prima, melior ſecunda, tertia optima reputatur. *S. Bernardin. Sen. de Oratione & Attentione.* *Atten in Orat.*

THE-

*Oratio bona.* THESIS II. *Petite, & accipietis.* Rectè fit Oratio, ſi non peccat I. *In Modo*, ſcilicet ſi attenta. II. *In Perſona*, ſcilicet ſi pura. III. & *in Re*, ſcilicet ſi juſta ſit. Hinc quia Deus peccatores non audit, Propheta ei objicit mugitus animalium: *Ingemuit animal, mugierunt greges armenti* Joël 1. Nempe dignior peccatore beſtia, & ut notat S. Chryſoſtomus, efficaciam Orationis, quam non habet ipſe, ab animalium gemitibus conatur mutuari, quæ nunquam peccaverunt: Interceſſores adhibet pecudes, petitque per Prophetam ſibi ignoſci, quia bruta ſecum lugent, quæ nunquam peccavêre.

*Oratio.* THESIS III. *Petite, & accipietis.* Orationis exercitiô I. Nihil magìs *Neceſſarium*. II. Nihil magìs *Utile*. III. Nihil magìs *Amabile*. *La Selve hic tom.* 1.

THESIS IV. *Petite, & accipietis.* Orare facillimum, & difficillimum; hoc fine, illud adhibito remedio. I. Difficile, ob præcedentes diſtractiones; Remedium. II. Propter occupationes, & curas familiæ; Remedium. III. Affectus inordinatos erga creaturas; Re-

Remedium. IV. Corporis indiſpoſitiones; Remedium. V. Oblivionem Dei præſentis; Remedium. VI. Humanam fragilitatem; Remedium. VII. Loci incommoditatem; Remedium. VIII. Conſuetudinem inveteratam; Remedium. IX. Diabolum infeſtantem; Remedium. *Faber hìc Conc. 7.*

THESIS V. *Petite, & accipietis.* Conditiones bonæ Orationis ſunt. I. Status Gratiæ. II. Fiducia in Deum. III. Humilitas. IV. Attentio. V. Perſeverantia. *Faber. Diebus Rogat. Conc. 1.* *Bona.*

THESIS VI. *Ipſe enim Pater amat vos.* Ita eſt, amat nos Deus, & quidem I. *Sine* data noſtra *Cauſa.* II. *Sine Modo*, & fine. III. *Sine Commodo*, & redhibitione. *Amor Dei erga nos.*

THESIS VII. *Petite, & accipietis.* I. Gratia, quam à Deo petimus, exigit à nobis *in Petendo Patientiam.* II. Gratia, quam à Deo petimus, exigit à nobis *in Suſcipiendo Submiſſionem.* III. Gratia, quam à Deo petimus, exigit à no- *Oratio.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nobis *poſt Suſceptionem Gratitudinem.* D
*ction. Apoſt.*

*Pater Triplex.* THESIS VIII. *Ipſe enim Pater*
*mat vos.* Joan. 16. v. 27. Sunt eni
tres Patres hominis ; I. Primus Pa
eſt Homo, qui notatur ibi : *Creſc*
*& multiplicamini.* Gen. 1. II. Secu
dus Pater eſt Diabolus, qui notatur ib
*Vos ex Patre Diabolo eſtis.* Joan.
III. Tertius Pater eſt Deus, qui notat
ibi : *Pater noſter, qui es in Cœl*
Matth. 6. Sub Primo ſumus ; ſub Se
cundo malè ſumus ; ſub Tertio ben
ſumus. *Petr. Bleſſ. Serm.* 51. *de Virg*
*nib. ad Moniales.*

# DOMINICA VI
## poſt PASCHA.

*Peccatum.* THESIS I. *Venit hora, ut omnis*
*qui interficit vos &c.* Joan. 16.
2. I. Aliqui ex nullo peccato peccatu
ſibi conſtituunt. II. Alij ex vero pecc

to nullum peccatum ſtatuunt. III. Alij peccatum velut bonum Opus committunt.

THESIS II. *Docebit vos omnem Veritatem.* Joan. 16. v. 13. I. Eſt Veritas *Vitæ.* II. Veritas *Doctrinæ.* III. Veritas *Juſtitiæ.* *Card. Hugo.* *Veritas.*

THESIS III. *Quem ego mittam vobis à Patre Spiritum Veritatis.* Joan. 15. v. 26. I. Homo mendax eſt *Hoſtis Dei,* quia Deus Veritas eſt. II. *Hoſtis Naturæ,* utpote quæ linguam cordi affixit. III. *Hoſtis Reipublicæ,* quæ inde patitur, imò evertitur. *Mendaciũ.*

THESIS IV. *Venit hora, ut omnis qui interficit vos* &c. Joan. 16. v. 2. In hoc Mundo vel Martyres, vel Tyranni vivunt; elige ſis, qualis eorum eſſe velis? I. Primum difficile eſt, ſed magni Meriti. II. Alterum facile eſt, ſed magni Supplicii. *Craßet. Conſid. feria 2. poſt Dom. 6. poſt Paſch.* *Martyr.*

THESIS V. *Cùm autem venerit Paraclytus.* Joan. 15. v. 26. Ad accipiendum fructuosè Spiritum Sanctum quatuor advertenda ſunt, juxta præpa- *Spiritus Sanctus.*

rationem ipſorum Apoſtolorum. I. Separatio per hos dies à creaturis: *Cùm introiſſent in Cœnaculum.* II. Frequens & fervens Oratio: *Erant perſeverantes in Oratione.* III. Pax tranquilla cum Proximo, & ſemetipſo: *Unanimiter.* IV. Recurſus ad Beatam Virginem pro cordis diſpoſitione: *Cum MARIA Matre JESU.* *P. Alexand. Diotallevi. trattenimento 27.*

*Mendaciū.* THESIS VI. *Spiritum Veritatis.* Joan. 15. v. 26. Aliquod Mendacium non eſſe peccatum ingens Mendacium. I. Sive illud *Jocoſum.* II. Sive *Utile.* III. Sive *Honorarium* appelletur.

THESIS. VII. *Spiritum Veritatis.* Joan. 15. v. 26. Mendacium eſt I. Naturæ dedecoroſum. II. Viro honeſto intolerandum. III. Conſcientiæ ſummè contrarium. Verbum mendax Juſtus deteſtabitur. Non decet *Principem Labium mentiens.* *Prov. 17.*

DO-

# DOMINICA PENTECOSTES.

THESIS I. *Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo.* Joan. 14. v. 26. Commercium inter Cœlum & Terram diu *Perditum*, mutuis Obſidibus datis *Reſtitutum* ( ſcilicet Chriſto à Terra, Paracleto à Cœlo ) atque per hoc *Omne Bonum Mundo invectum eſt.* *Mundi Innovatio.*

THESIS II. *Paraclitus autem Spiritus Sanctus.* Joan. 14. v. 26. Tribus formis advenit Spiritus Sanctus. I. *Venti*, pro Incipientibus. II. *Columbæ*, pro Proficientibus. III. *Ignis*, pro Perfectis. *Vide Fullonium in 2. Mach. 1. fol.* 56. *Adventus Spiritûs S.*

THESIS III. *Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis.* Joan. 14. v. 26. Triplex virtus, ſeu fortitudo in Apoſtolis eminuit: I. In *Efficacia Concionum.* II. In *Libertate agendi*, & impios arguendi. III. In *Miraculis patrandis*: Et hæc *Effectus Spiritûs S.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omnia dedit eis Spiritus Sanctus. *Vid*
*Le Blanc. tom.* 4. *in Pſ.* 67. *v.* 13. *n.* 5
*fol.* 323.

*Dona Spiritûs S.*

THESIS IV. *Suggeret vob*
*omnia.* Joan. 14. v. 26. De Septem
Donis Spiritûs Sancti. *Vide Paulum*
*Segneri. Manna 9. Jun. item Fabrum ſerm*
2 *Pentec. conc.* 3.

*Gratia Spiritûs S.*

THESIS V. *Suggeret vobis omnia.*
Joan. 14. v. 26. Spiritûs Sancti Gra
tia I. Eſt *Bonum* à Deo enixè petendum
II. Eſt *Motus*, cui non reſiſtendum. III.
Eſt *Auxilium*, cui cooperandum. *L*
*Selve Conc. 9. in Adventu. fol.* 159.

*Infuſio Spiritûs S.*

THESIS VI. *Accipite Spiritum San*
*ctum.* Joan. 20. v. 22. Richard
de S. Vict. Serm. de Miſſione S. Spiri
tûs tres in eo gradus diſtinguit: nimi
rum I. Spiritûs Sancti *Infuſionem.* II.
*Diffuſionem.* III. *Effuſionem. Infuſio* eſt
cùm ſuam Gratiam Animæ infundit
etiamſi eam non expleat, ſicut cùm vi
num vaſi infunditur usque ad vaſis di
midium. *Diffuſio* eſt, quando per to
tam Animam diffunditur, ita ut nulla
ejus partem vacuam relinquat. *Effu*
*ſio* eſt, quando illam ita replet, ut
per

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pereffluat, eámque in alios effundat, ſicut Apoſtolos repleſſe ſcribitur Act. 2. Qui gratiam ejus in alias gentes effuderunt. *Vide Juſtin. Miechovienſem in Litan. Diſcurſ. 66. n. 11. fol. 175.*

THESIS VII. *Spiritus Sanctus, quem mittet Pater.* Joan. 14. v. 26. I. *Proceſſio.* II. *Miſſio.* III. *Operatio* Spiritûs Sancti videri poteſt *in Tertull. Prædicante Vivien. Conc. 6. in Verbo Deus. fol. 583.* *Miſſio Spiritûs S.*

THESIS VIII. *Quem mittet Pater.* Joan. 14. v. 26. I. Spiritus Sanctus *non Agnoſcitur.* II. Spiritus Sanctus *non Recipitur.* III. Spiritus Sanctus *Ejicitur. Vide Tertull. Prædic. verbo Deus. Conc. 6. fol. 586.* *Exclusio Spiritûs S.*

THESIS IX. *Spiritus Sanctus, quem mittet Pater.* Joan. 14. v. 26. In igne deſcendens à Cœlo I. *Lumine ſuo* intellectum Apoſtolorum illuſtrat. II. *Calore ſuo* eorum corda inflammat. III. *Activitate ſua* eorum ſenſus purificat. Primum per Veritatem, Secundum per Amorem Divinum, Tertium per Unctionem Gratiæ internæ efficiens. *Dijon. Capuc.* *Operatio Spiritûs S.*

*Conforta-tio Spiri-tûs S.*

THESIS X. *Spiritus Sanctu[s] quem mittet Pater.* Joan. 14. v. 2[6] Spiritus Sanctus deſcendit ſuper Ap[o]ſtolos, atque etiam nunc deſcendit ſ[u]per Chriſtianos per ſuam gratiam. [I.] Ut *Spiritus Luminum, & Veritatis*, ad ho[c] ut eum ſequamur. II. Ut *Spiritus Gr[a]tiæ, & Sanctitatis*, ad hoc, ut ei coope[re]mur ad noſtram Salutem. III. Ut *Sp[i]ritus Charitatis*, ad hoc, ut corda noſt[ra] incaleſcant ad pervincendas omnes di[f]ficultates in via Salutis. *Jacobus B[...] oat.*

*Contriſta-tio Spiri-tûs S.*

THESIS XI. *Spiritus Sanctus, qu[em] mittet Pater.* Joan. 14. v. 26. Triſ[ti]tiam affert Spiritui Sancto duplex ei [il]lata injuria: I. Quando Peccator [...] occludit aditum in cor ſuum, vel n[e]gat. II. Quando novo peccato ipſu[m] inde ejicit, vel excludit. *Idem.*

*Officium Spiritûs S.*

THESIS XII. *Spiritus Sanct[us] quem mittet Pater.* Joan. 14. v. 2[6] Spiritus Sanctus etiam nunc argu[it] multos Chriſtianos. I. de *Peccato.* [II.] de *Juſtitia.* III. de *Judicio.* *Vide ſup[ra] Dom. 4. poſt Paſcha Theſ. 12. fol. 123.*

THE[SIS]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS XIII. *Spiritus Sanctus, quem mittet Pater.* Joan. 14. v. 26. Triplex Diſcrimen eſt I. Inter animam, quæ Spiritum Sanctum *habet*, & inter animam, quæ non *habet*. II. Inter animam, cui Spiritus Sanctus *eſt acceptus*, & inter animam, apud quam *non eſt acceptus*. III. Inter animam, quæ Spiritum Sanctum *retinet*, & inter animam, quæ eum non *retinet*. *Communicatio Spiritûs S.*

THESIS XIV. *Spiritus Sanctus.* Joan. 14. v. 26. Quid ſit Spiritus Sanctus I. In SS. Trinitatis Myſterio. II. In Eccleſiæ Sinu. III. In hominis Juſti anima? *La Selve. hic.* *Definitio Spiritûs S.*

THESIS XV. *Spiritus Sanctus.* Joan. 14. v. 26. Triplicem Spiritum petit à Deo David, Pſ. 50. I. *Rectum*, qui intentione recta in ſolum Deum ſemper tendat. II. *Sanctum*, qui virtutibus, in quibus Sanctitas conſiſtit, ornatus ſit. III. *Principalem*, qui imperterritus in Officio perſiſtat, nec amore, nec timore rerum mundanarum moveatur: Cuncta in nobis præſtat Spiritus Divinus. *Nomenclatio Spiritûs.*

*Beneficia S. Spiritûs.*

THESIS XVI. *Spiritus Sanctu[s] quem mittet Pater.* Joan. 14. v. 26. Homo ſpectatus in Statu Naturæ, Gratiæ, & Gloriæ à S. Spiritu Bona accipit. I. Nam in Statu Naturæ tanquam *Creator* Spiritus facit Hominem reſpirare. II. In Statu Gratiæ tanquam *Sanctificator* facit Chriſtianum ſuſpirare. III. Ad Statum Gloriæ tanquam *Glorificator* facit Prædeſtinatum aſpirare. *Durand. Charact. Sanctor. 1[.] May.*

# DOMINICA I. poſt PENTECOST.

*Spes.*

THESIS I. *In Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti.* Matth. 28 v. 19. Spes ponenda eſt I. In Patris *Pietate.* II. In Filij *Charitate.* III. In Spiritûs Sancti *Liberalitate.* *Vi[de] vien. Tertull. verbo Spes.*

*Myſterium Trinitatis.*

THESIS II. *In Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti.* Matth. 28. v. 19. Longè diverſa Dei, Mundíque Diſci- plina

plina eſt. I. In Schola Mundi initium doctrinæ fit à rebus obvijs ac communibus, à quibus pergitur ad difficiliora, & magis ardua ſcitu. II. In Schola Chriſti aliter proceditur, nam prima lectio eſt de Myſterio SS. Trinitatis, Incarnationis &c. Rationem dat S. Chryſoſtomus, eò quòd in Schola Chriſtiana nos non Diſcipuli Hominum, ſed Dei ſumus.

THESIS III. *In Nomine Patris &c.* Matth. 28. v. 19. Triplici de cauſa manifeſtavit nobis Deus Sanctiſſimum Trinitatis Myſterium. I. Revelavit nobis ejus Veritatem, atque hinc debemus ei Sacrificium noſtri *Intellectus* per Fidem. II. Propoſuit nobis ejusdem in nos derivata Beneficia Creationis, Redemptionis, Sanctificationis, atque ſic debemus ei Sacrificium noſtræ *Memoriæ* pro gratitudine. III. Oſtendit nobis ejusdem Perfectiones Divinas ad imitationem: *Perfecti eſtote* &c. Exemplum dedi vobis &c. atque ex hoc ei debemus Sacrificium *Cordis* per voluntatem. *Nicolaus Dijon Capucin.*

THESIS IV. *Docete omnes gentes Baptizantes.* Matth. 28. v. 19. Quatuor *Perfectiones Dei.*

tuor ſunt inter alia , quæ conveni
ſoli Deo , I. Immenſitas Potentiæ. I
Æternitas Permanentiæ. III. Inci
cumſcriptibilitas Continentiæ. I
Incomprehenſibilitas Notitiæ. Re
*nerus Piſan. in Pantheologia de Eſſe Dei.*
2.

*Trinitas varia.*

THESIS V. *In Nomine Patris,*
*Filij , & Spiritûs Sancti.* Matth. 28.
19. I. Trinitas Sanctiſſima eſt Pate
Filius, & Spiritus Sanctus. II. At v
rò Trinitas ſceleſtiſſima eſt Diabolu
Caro , Mundus. Diabolum *Pat*
Mundum *Filius*, Carnem vicit *Spiri*
*Sanctus.*

*Operatio Trinitatis.*

THESIS VI. *In Nomine Patris &c.*
Matth. 28. v. 19. Trina ſunt , q
deducunt ad Sanctiſſimam Trinitate
Poſſe, Velle, Facere. I. *Poſſe* hab
à Patre, *ex quo omnia.* II. *Velle* à Fili
*per quem omnia.* III. *Facere* à Spiri
Sancto , *in quo omnia.*

*Cognitio Trinitatis.*

THESIS VII. *In Nomine Patris*
*& Filij &c.* Matth. 28. v. 19. Patre
námque , & Filium cum Sancto Spir
tu cognoſcere I. Vita eſt æterna. I
Be

Beatitudo perfecta. III. Summa Voluptas. *S. Bern. in Meditationibus.*

THESIS VIII. *In Nomine Patris, & Filij* &c. Matth. 28. v. 19. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, ſicut erat in *Principio*, & *Nunc*, & *Semper*, & in *Sæcula* ſæculorum. *Lege ſis Explanationem illius apud Mazarini ſuper Pſ. 50. item apud Fornerum ſuper eund. Pſ. in fine.* *Gloria Patri* &c.

THESIS IX. *In Nomine Patris* &c. Matth. 28. v. 19. I. Quomodo Pater Filium, & Spiritum Sanctum honoret? II. Quomodo Filius Patrem, & Spiritum Sanctum? III. Quomodo Spiritus Sanctus Patrẽ & Filiũ? Hinc *Gloria Patri* à Filio, & Spiritu Sancto, *Gloria Filio* à Patre & Spiritu Sancto, *Gloria Spiritui Sancto* à Patre & Filio, ſicut erat in principio, & nunc, & ſemper.

THESIS X. *Baptizantes eos in Nomine Patris* &c. Matth. 28. v. 19. Atheiſmi quinque ſpecies Garaſſus noſter enumerat. I. Atheiſmus Furioſus & rabidus. II. Libertinus. III. Profanationis. IV. Fluitans, ſeu dubitans. V. Brutus & ſtupidus. *Vide D'oultreman de Amore increato fol.* 832. *Atheiſmus.*

THE-

*Beneficia Trinitatis.*

THESIS XI. *In Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti.* Matth. 28. v. 19. Quidquid es, quidquid potes, debes I. *Creanti*, II. *Redimenti*, III. *Vocanti.* S. Bern. Scilicet Patri, Filio, Spiritui Sancto; & hi tres unum ſunt, ne divideres affectum.

*Injuria Trinitati facta.*

THESIS XII. *In Nomine Patris* &c. Matth. 28. v. 19. Demonſtratur Injuria ſingularis, quæ per peccatum irrogatur Sanctiſſimæ Trinitati. *Paulus Segneri in Chriſtiano Inſtructo in ſua Lege. part. 2. diſcurſ.* 4.

*Trinitas varia.*

THESIS XIII. *Docete omnes gentes.* Matth. 28. v. 19. Quinque ſunt Trinitates. I. Eſt *Trinitas*, *à qua* homo cecidit; Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. II. Et eſt *Trinitas*, *quæ* cecidit, Intellectus, Memoria, & Voluntas. III. Et eſt *Trinitas*, *in quam* iſta cecidit: Impotentia, Ignorantia, & Concupiſcentia. IV. Et eſt *Trinitas*, *per quam* Trinitas cadens reſurgit ad Trinitatem, de qua cecidit: ſcilicet Fides, Spes, Charitas. (*O me Beatam, quæ tribus Filiabus SSS. Trinitatem honorare merui!* inquiebat S. Sophia ad ſuas tres Fi-

Filias, nomine Fides Spes, Charitas, ad Martyrium à tyranno raptas. ) *Hugo Card. in Gen. 6. 5,*

THESIS XIV. *In Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti.* Matth. 28. v. 19. I. Pater Miſericordiam *Paternam* oſtendit, & exhibet hominibus tanquam Filijs. II. Filius utitur Miſericordiâ *Fraternâ* erga Chriſtianos, qui ſunt Fratres ipſius. III. Spiritus Sanctus demonſtrat Miſericordiam *Spiritualem* Peccatoribus, qui ſunt Inimici ejus. Hanc triplicem Miſericordiam imitari nos decet erga Pauperes, & Inimicos noſtros, exhibendo nos velut eorum *Patres*, *Fratres*, & *Amicos*. *Texier.* *Miſericordia Dei triplex.*

THESIS XV. *Docete omnes gentes.* Matth. 28. v. 19. Dei exiſtentia impiè, & irrationabiliter negatur, culpabiliter ignoratur, innegabiliter probatur. Nam I. *Negantes* redarguuntur unanimi hominum confeſſione; pulchra Mundi molitione; Virtutis remuneratione. II. *Ignorantes*, quia non debet ignorari, non poteſt ignorari, nequit inculpabiliter ignorari. III. Probatur Scripturarum oraculo, Creatura- *Dei exiſtentia.*

tura-

turarum depoſito, Naturali Animæ teſtimonio. *Tertull. Prædic. Vivien.*

*Fides Catholica.*

THESIS XVI. *Docete omnes gentes.* Matth. 28. v. 19. Catholicis maxima eſt conſolatio, quòd certus ſit, ſe in Fide non errare, nec decipi: qua conſolatione caret, quisquis non eſt Catholicus. *Juglaris Conc. 2. Quadrageſimali.*

*Nomen Trinitatis.*

THESIS XVII. *In Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti.* Matth. 28. v. 19. In hoc triplici Nomine perficiuntur in Eccleſia, quæ omnium maximi momenti exiſtunt, ac fiunt. I. Ego te *Baptizo* in Nomine Patris &c. II. Ego te *Abſolvo* in Nomine Patris &c. III. *Proficiſcere* Anima Chriſtiana ex hoc Mundo in Nomine Patris &c.

*Myſterium Trinitatis.*

THESIS XVIII. *In Nomine Patris, & Filij, & Spiritûs Sancti.* Matth. 28. v. 19. I. *Scrutari* Trinitatem temeritas eſt. II. *Credere* pietas eſt. III. *Cognoſcere* vita æterna. *S. Bern. l. 5. de Conſid. vide ſupra Theſ. 7.*

*Cultus Trinitatis.*

THESIS XIX. *In Nomine Patris &c.* Matth. 28. v. 19. Mens imago Dei eſt, in qua tria ſunt: Memoria

ria, Intellectus, Voluntas. Per Memoriam Patri ſimiles ſumus; per Intelligentiam Filio; per Voluntatem Spiritui Sancto. S. Bern. l. 1. Medit. Igitur tribus Perſonis tres animæ noſtræ Potentiæ dedicandæ ſunt. I. *Memoria Patri* perpetuâ Beneficiorum recordatione, quæ ſunt effectus Potentiæ Patri attributæ. II. *Intellectus Filio* Acceptatione Veritatis, & dogmatum Sapientiæ Chriſtianæ, quorum ipſe eſt Principium. III. *Voluntas Spiritui Sancto* eam ipſi offerendo, ejúsque ardoribus charitatis. *Weſpin tom. fol.* 28.

THESIS XX. *Vide inferiùs Dom.* 18. *poſt Pentecoſt. Theſ.* 7. *de Fide triplice.*

THESIS XXI. *Docete omnes gentes.* Matth. 28. v. 19. I. Fidei *Neceſſitas* in eo conſiſtit, ut Homo Deum agnoſcat, ut Deo placeat, ut ad Deum vadat. II. Fidei *Præſtantia* in eo ſe oſtendit, quia omnia poteſt, omnia obtinet, de omnibus triumphat. III. Fidei *Qualitas*: debet eſſe humilis, ardens, efficax, fœcunda. *La Selve fer.* 5. *ante Dom.* 1. *Quadrag.* *Fides.*

THE-

THESIS XXII. *Docete omnes ge*
*tes.* Matth. 28. v. 19. I. *Fides Di*
*bolica*, quia dæmones credunt, & con
tremiſcunt, ita Peccatores multi cr
dunt, & tamen in peccato perſiſtun
II. *Fides Mortua*, ſcilicet illa, quæ eſt
ne operibus. III. *Fides Vana*, illoru
nempe, quorum vana eſt religio.

**Deus.**

THESIS XXIII. *Docete om*
*gentes.* Matth. 28. v. 19. Quid d
ceant? nempe, quòd ſit Deus, I. C
jus Natura *Bonitas*. II. Cujus Volu
tas *Potentia*. III. Cujus Opus *Miſe*
*cordia*. *S. Leo. Serm. 2. de Nativ. Do*

**Providentia Dei.**

THESIS XXIV. *Docete om*
*gentes.* Matth. 28. v. 19. I. D
Providentia conciliatur cum Homi
Libertate. II. Conciliatur cum Imp
Proſperitate. III. Conciliatur cu
Juſti Adverſitate. *Tertull. Prædic. Sa*
*pien. verb. Deus.*

**Atheiſmus.**

THESIS XXV. *Docete omn*
Matth. 28. v. 19. Atheiſtæ, & cu
illis Libertini I. non habent aliam *L*
*gem*, quàm ſuam Voluntatem I
Non habent alium *Deum*, quàm ſua
Voluptatem. III. Non habent ali

*Cœlum*, quàm hunc Mundum, *Di-ction. Apoſtolic.*

THESIS XXVI. *Ecce ego vobiscum ſum.* Matth. 28. v. 20. I. Præſentia Dei inhibet peccata, II. Conſolatur afflictos, quia Pater, quia Teſtis, quia Socius in tribulatione III Inflammat Perfectos: *Oculi mei ſemper ad Dominum.* *Chappuis. Medit. 17. Nov.* *Præſentia Dei.*

# DOMINICA II. poſt PENTECOST.

THESIS I. *Cœperunt ſimul omnes excuſare.* Luc. 14. v. 18. I. Aliqui afferunt excuſationes ad diminuenda peccata ſua; & hi offendunt *Sanctitatem* Dei offenſi. II. Alij allegant excuſationes pro liberatione ſua ab obligatione; & hi ejus *Authoritatem* lædunt. III. Alij excuſationes proferunt, quibus ſibi licere volunt perſiſtere in occaſione peccandi proxima, & hi *Sapientiam* offendunt læſi Numinis. *Diction. Apoſt.* *Excuſatio peccati.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

THESIS. II. *Cœperunt ſimul omnes excuſare.* Luc. 14. v. 18. I. Alij excuſant ſua peccata per *Traditiones* humanas, jam pridem à Christo damnatas, & nullius authoritatis. II. Alij excuſant peccata ſua per *Mala Exempla* Grandium, non conſiderantes ſe in eadem cum iis damnatione apud Deum eſſe, vitiiſque inde nullam accedere auctoritatem. III. Alij excuſant peccata ſua per *Fragilitatem* etiam Sanctorum, qui in ejusmodi quoque peccata prolapſi ſunt, poſthabentes eorum inde ſuſceptam Pœnitentiam. *ibid.*

THESIS III. *Cœperunt ſimul omnes excuſare.* Luc. 14. v. 18. I. Excuſationes ipſos arguunt *Injuſtitiæ*, cùm peccata ſua levia reputant, quæ tamen in Proximo grandia ſtatuunt, & enormia. II. Excuſationes eorum produnt *Superbiam*, quando peccata ſua tribuunt malo aliorum exemplo, & importunitati provocantium, ſeu complicum. III. Excuſationes eorum demonſtrant *Ingratitudinem*, quando peccata ſua conjiciunt in correctionem illorum, qui ea amoliri, lapsúsque impedire voluerunt. *ibid.*

THESIS IV. *Habe me excuſatum.* Luc. 14. v. 18. Futiles cauſæ à frequenti Communione ſe excuſantium ſunt: I. Non extare Præceptum. II. Se eſſe indignos. III. Fieri ex hoc conſuetudinem. IV. Requiri aliam vitam. *Craſſet.* *Excuſatio à frequenti Communione.*

THESIS V. *Judicium ſibi manducat & bibit.* 1. Cor. 11. Euchariſtiæ indigna Sumptio immutat I. in mortale venenum Alimentum vitæ. II. In tribunal Juſtitiæ thronum Gratiæ. III. In Viaticum Damnationis æternæ Viaticum Felicitatis æternæ. *Vivien. verbo Euchar.* *Communio indigna.*

THESIS VI. *Fecit Cœnam magnam.* Luc. 14. v. 16. Contra Veritatem Sacramenti argumenta I. Judæi. II. Gentilis. III. Hæretici. IV. Philoſophi. V. Politici. VI. Devoti. VII. Diaboli examinata, eadémque confutata. *Vieira Serm. p. 1. fol. 47. n. 7.* *Euchariſtia.*

THESIS VII. *Fecit Cœnam magnam.* Luc. 14. v. 16. Duplex genus Hæreticorum invenitur in Ordine ad Sanctiſſimam Euchariſtiam; ſcilicet *Hæretici.*

Hæretici quoad Intellectum, Hæretic
quoad Voluntatem. I. Hæretici *quo-*
*ad Intellectum* ſunt illi, qui non credun
Veritatem hujus Sacramenti, qui ta-
men facilè convinci poſſunt gemin
hac Propoſitione: Nullum Salutis pe-
riculum initur credendo hoc Myſte-
rium; Certum periculum Salutis in-
curritur non credendo. II. Hæretic
*ſecundùm Cor*, Mali ſunt Catholici, qu
pravis ſuis actionibus derogant Fide
de Præſentia Chriſti in hoc Myſterio, a
lióſque ſcandalo ſuo inducunt ad no
credendum. De illis dici poteſt id S
Hilarij l. 8. de Trinit. *De Verita*
*Carnis, & Sanguinis non eſt relictus amb*
*gendi locus.* De his illud S. Pauli Ti
1. *Confitentur ſe nôſſe Deum, factis a*
*tem negant.* Item S. Auguſtini, *Si erra-*
*vi, per te erravi.* *Bretteville hìc.*

*Effectus Euchar.* THESIS VIII. *Qui manducat hun*
*Panem, in me manet, & ego in illo.* Joa
6. v. 59. Tria dæmon per eſum Po
mi vetiti promiſit falsò, quæ veracite
in Sumptione Sanctiſſimæ Euchariſti
præſtantur. Sic enim, ſi comedimu
hunc Panem, I. *Aperientur oculi veſtri*
ſcilicet oculi mentis. II. *Non mori*

mi-

mini; morte æternâ ſeu damnatâ. III. *Eritis ſicut Dij*; per unionem non quidem omnino phyſicam, ut aliqui voluerunt, quorum ſententia damnata eſt, verùm per unionem plùs quàm moralem, & affectivam.

THESIS IX. *Nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit Cœnam meam.* Luc. 14. v. 25. Hoc Sacramentum tribus præcipuè nominibus inſignitur. I. Vocatur enim *Hoſtia*, intuitu Præteriti temporis, in quo Chriſtus vera Hoſtia, Deo oblatus eſt pro Peccatis noſtris. II. Vocatur item *Communio*, ſpectando Præſens tempus, in quo per Sumptionem Corporis & Sanguinis Chriſti ipſi unimur. III. Vocatur denique *Viaticum*, reſpectu Futuri temporis, quo iter æternitatis ingreſſuri eodem munimur. *Beſſæus in Poſtilla Conc. 6. in Solennit. Corp. Chri.* *Nomen Euchar.*

THESIS X. *Fecit Cœnam magnam.* Luc. 14. v. 16. I. Ad hoc grande & magnificum Convivium omnes homines invitati ſunt *ſine Merito*. II. Aliqui venire recuſârunt *ſine Ratione*. III. Hinc etiam excluſi fuerunt *ſine In-* *Vocatio ad Cœnam.*

*juſtitia.* Scilicet omnes invitati fuerunt per Vocationem gratuitam; Impij recuſârunt eò ire per Malitiam voluntariam; Excluſi ſubinde juſto Judicio. *Texier. hìc.*

*Axiomata.* THESIS XI. *Fecit Cœnam magnam.* Luc. 14. v. 16. Tria axiomata obſervanda ſunt circa hoc Myſterium. I. Aliud eſt Sacramentum, aliud Vis Sacramenti, ſeu Virtus. S. Aug. tract. 26. in Joan. II. Ceſſante hoc Sacrificio finis advenit Mundi, juxta Daniëlem, & robur datum eſt contra juge Sacrificium. c. 8. v. 12. III. Non ſapit, cui Panis hic deſipit. *Vide Lyræum de Imit. JESU Patientis l. 2. c. 4. fol. 61. col. 1.*

*Effectus.* THESIS XII. *Fecit Cœnam magnam.* Luc. 14. v. 16. I. Nulla Gratia eſt, quæ magìs ſolatur *Ægrotos.* II. Nulla Gratia, quæ magìs roborat *Moribundos.* III. Nulla Gratia, quæ magìs prodeſt *Mortuis*, quàm quæ provenit ex hoc Sacramento. *Diction. Apoſtolic.*

*Conviviū.* THESIS XIII. *Cœnam magnam.* Luc. 14. v. 16. Deus facit magnum Convivium in Terra, in Eccleſia, & in Cœ-

Cœlo. I. *In Terra* omnibus hominibus: II. *In Eccleſia* omnibus Fidelibus: III. *In Cœlo* omnibus Beatis. Zachar. *La Selve hìc.*

THESIS XIV. *Nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit Cœnam meam.* Luc. 14. v. 24. I. Deus priùs *Dulciter vocat*: Fecit Cœnam magnam, & vocavit multos. II. Poſtmodum *Terribiliter increpat*: Tunc iratus Paterfamilias. III. Et ad extremum *Irretractabiliter damnat*; Nemo virorum illorum, quì vocati ſunt, guſtabit Cœnam meam. *S. Gregor.* *Vocatio.*

# DOMINICA III. poſt PENTECOST.

THESIS I. *Erant appropinquantes Peccatores.* Luc. 15. v. 1. I. Alii Peccatorum ſunt *Recedentes* à JESU, de quibus Jeremias c. 17. v. 13. *Qui te derelinquunt, confundentur, Recedentes à te in terra ſcribentur.* Ita recedunt Athei, Politici, Deſperabundi &c. II. *Peccator.*

Alij Peccatorum ſunt *Appropinquantes*, qui pœnitentia ducuntur, veniam petunt &c. *De his hodiernum Evangelium.*

*Deus Miſericors.*

THESIS II. *Peccatores recipit.* Luc. 15. v. 2. Divinæ Miſericordiæ magnitudo oſtenditur I. Quia Deus hominem peccatorem inquirit. II. Quia illum cum labore quærit. III. Quia quærit illum cum gaudio. IV. Quia illum repugnantem, & obſtantem requirere non deſinit. *Thom. Reina ſer. 6. Dom. 3. Quadrag. Craſſet.*

THESIS III. *Peccatores recipit.* Luc. 15. v. 2. I. Deus offenſus peccatorem *Inimicum* ſuum quærit. II. Non ſolùm peccatorem quærit, ſed etiam *Primus* quærit, & pacem ab ipſo petit. III. Nec quomodocunque petit, verùm *Supplex* petit, quaſi ipſe offendiſſet, & ſibi veluti timeret ab homine. *Craſſet. Couſid. Dom. 19. Pent. ſer.* 4.

*Gaudium converſæ Animæ.*

THESIS IV. *Gaudium erit.* Luc. 15. v. 7. Evangelium loquitur de Gaudio Paſtoris, nos de Gaudio Ovis inventæ loqui volumus. Gaudia animæ converſæ quanta! I. Quale gaudium,

dium, *Petere portum* ſuperato Naufragij imminentis periculo ? II. Quale gaudium, *Recuperare ſanitatem* poſt morbum periculoſiſſimum. III. Quale gaudium *in libertatem aſſeri* ex captivitate ſeu carcere terribili. *Groſſez, Diarium Sanctor. hic.*

THESIS V. *Peccatores recipit, & manducat cum illis.* Luc. 15. v. 2. Amor Dei in peccatorem admirandus, nam, I. *Patitur, & Suſtinet* peccatores: quin æmulatur ſuperare malitiam peccatoris, quem, indignum amore, diligit; indigno temporis tempus concedit; meritum pœnas miſericordiâ donat. II. *Vocat* & *Quærit* peccatores; nempe Paſtor vocat; quærit; humeris portat. III. *Convertit*, & *Juſtificat* peccatores: Nam peccati maculam diluit; reatum pœnæ æternæ remittit; Gratiam Juſtificantem infundit. *Vivien. Tert. Prædic. verbo Amor.*

*Amor Dei in peccatorem.*

THESIS VI. *Peccatores recipit.* Luc. 15. v. 2. Dei Bonitas in tribus rebus apparet. I. Quòd quærat peccatores. II. Quòd illos recipiat. III. Quòd illis blandiatur; Quærat absque vin-

vindicta, Recipiat ſine exprobration
Blandiatur continuando ſua benefici

THESIS VII. *Vadit ad illam, qu perierat, donec inveniat eam, & cùm inv nerit eam, imponit in humeros ſuos.* Luc. 15. v. 4. Ovis quidem, ſtupidum ani mal, ſe Paſtori ſubtrahere, & à greg exerrare valet, verùm, unde diſceſſit, redire non valet, niſi Paſtor I. Eam *In cet.* II. *Quærat.* III. Et ad Ovile *Re ducat.* Noverit anima, ſe præventam & ante quæſitam, quàm quærentem. *S. Bern. Serm.* 84. *in Cant. Diotallev. hìc in Moral.*

*Peccator.* THESIS VIII. *Erant appropin quantes.* Luc. 15. v. 1. I. Sunt pec catores, qui *Appropinquando* ad JESUM fiunt inſenſibiles, quia ejus præſentiam non ſatìs apprehendunt. II. Sunt peccatores, qui fiunt inſenſibiles *Rec dendo* à JESU, quia Sacramenta parùm frequentant. *Diction. Apoſt.*

*Pœnitens.* THESIS IX. *Uno peccatore Pœni tentiam agente.* Luc. 15. v. 7. I. Pri mus fons lacrimarum in Pœnitente e *Dolor* Offenſi Dei. II. Secundus e

Ga

*Gaudium* de remiſſo peccato, ſeu Reverſionis ad Deum.

THESIS X. *Peccatores recipit.* Luc. 15. v. 2. I. Nemo majorem cauſam habet Juſtitiam Divinam timendi, eô, qui abutitur Miſericordia Dei. An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus? II. Nemo majorem rationem habet ſperandi de Divina Miſericordia, quàm qui vitam ſuam ad normam Juſtitiæ Divinæ inſtituit, ac ordinat. *Chappuis S. J. in Medit. 7. Sept.* *Miſericordia Divinæ abuſus.*

# DOMINICA IV. poſt PENTECOST.

THESIS I. *Faciam vos fieri Piſcatores.* Matth. 4. v. 19. Triplex genus Piſcatorum reperire eſt. I. *In Aëre*, ſcilicet illæ *Aves*, quæ circa fluenta & aquas volitant piſcibus inſidiantes, ac propterea à Germanis piſcatores appellantur; atque hi ſunt Invidi. II. *In Terra*, ſcilicet *Homines*, qui piſcationi indulgent, atque hi ſunt, qui commodo ſuo ſtudent, ac inhiant. *Piſcator.*

III.

III. *In Aqua*, ſcilicet magni *Piſces*, qui venantur minores, & devorant, atque hi ſunt falſi fratres.

*Bonitas Dei.* THESIS II. *Rogavit eum.* Luc. 5. v. 3. Rogat Petrum, qui jubere poteſt: Rogat nempe Deus nos I. *Diſſimulando*: Diſſimulas peccata hominum propter Pœnitentiam. Sap. II. *Promittendo*: III. *Benefaciendo*.

*Damna peccati.* THESIS III. *Homo peccator.* Luc. 5. v. 8. Quanta ſibi mala procurat. I. Deum ſuum hoſtem facit. II. Divinam Gratiam omnem amittit. III. Omne genus miſeriarum ultro ſibi accerſit. IV. Cœlum in omnes æternitates perdit. V. In ſempiternos Inferorum rogos ſe præcipitat. *Vide ſuſiſsimè apud Drexelium de Damnatorum Rogo c. 14.*

*Peccator.* THESIS IV. *Per totam noctem laborantes.* Luc. 5. v. 5. Tria ſunt neceſſaria ad converſionem Peccatorum & ad agendam Pœnitentiam plurimùm conducentia. I. *Tempus* ad faciendam Pœnitentiam. II. *Gratia*, ut poſſit eam facere. III. *Voluntas*, ut velit. Hinc peccator, converſionem ſuam ad finem vitæ differens, rariſſimè veram

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

git Pœnitentiam: quia I. non eſt certus de tempore. II. Multò minùs certus de Gratia. III. Longè incertiſſimus de ſua libertate. Primum quidem, ut *Homo*: Secundum, ut *Peccator*: Tertium, ut *talis Peccator*, qui differt.

THESIS V. *Per totam noctem laborantes.* Luc. 5. v. 5. Nihil capiunt I. Qui in *Nocte peccati.* II. Qui in *Nocte ſæculi* hujus. III. Qui in *Nocte mortis* ſuæ laborant. De quibus dici poteſt illud; *Venit Nox, quando nemo poteſt operari.* Joan. 9. v. 4. Nox.

THESIS VI. *Rogavit eum à terra reducere puſillùm.* Luc. 5. v. 3. Petrus, commodando navem ſuam Chriſto, commodum proprium, lucrúmque ſuum, quod è navi ſuſcipere potuiſſet, negligit, & ex hoc non ſolùm non perdit, quin ingens ex eo emolumentum capit tam Temporale, quàm Spirituale. I. *Temporale* quidem, quia exin tantam piſcium capturam facit, ut duæ naves piſcibus replerentur. II. *Spirituale* autem, quia ex Piſcatore à Chriſto propterea factus eſt Apoſtolus. *Uſura Sancta.*

THE-

*Deus liberalis.*

THESIS VII. *Aſcendens in unam Navim, quæ erat Simonis.* Luc. 5. v. 3. Negotium Chriſtianorum Uſura. Terra nunquam ſine Uſura reddit, quod accipit. *Cicero lib. de Senectute.* Ita etiam Deus; Pater hoc I. in *Abrahamo*, qui propter deſiderium offerendi filium ſuum, inter Nepotes cenſet Filium Dei. II. In *Moyſe*, qui Regnum Ægypti dereliquerat (cùm eſſet Nepos regius electus) amore Juſtitiæ, frequentioris, meliorísque Gentis Regnum à Deo accipit totum mundum ei, ut *Philo l. 1. de Vita Moyſi ait*, ſubdens tanquam hæreditarium. III. In *Petro*, qui Navim Piſcatoriam Chriſto commodans à Chriſto Piſcator hominum jam, non piſcium eſt inſtitutus. *Alexander Pellegrinus in Paradoxis.*

# DOMINICA V. poſt PENTECOST.

*Vita Chriſtianorum.*

THESIS I. *Niſi abundaverit Juſtitia veſtra &c.* Matth. 5. v. 20. Plinius ad Trajanum Imp. ſcribens de Chri-

Chriſtianis teſtatur, eſſe certam Sectam hominum, qui charitate pleni, manſueti, ſobrij, commodi ſui minimè ſtudioſi, faſtûs & jactantiæ inimici ſunt; Præ reliquis verò I. *Erga Deum pii, ac religioſi.* II. *Inculpatæ vitæ dediti.* III. *In proſperitate moderati.* IV. *In adverſitate conſtantes.*

THESIS II. *Niſi abundaverit &c.* Matth. 5. v. 20. Perfectiſſima Juſtitia tres partes, ſicut Perfectio Ternarium, includit: Hinc perfectè Juſtus non es I. Si non *in te ipſo* Juſtus. II. Juſtus *erga Proximum.* III. Juſtus *erga Deum* exiſtas. Juſtus cum Deo eris per obſequia Religionis: cum Proximo per virtutem Fidelitatis, Charitatis: tecum ipſo per virtutem Verecundiæ, Mortificationis, Puritatis &c. *Segneri Manna 6. April.* *Perfectio.*

THESIS III. *Qui iraſcitur fratri ſuo.* Matth. 5. v. 22. Perpende Cauſam, Effectus, & Remedia Iræ. I. *Cauſa Iræ*: nempe ſunt inclinatio naturalis, habitus, amor alicujus creaturæ. II. *Effectus Iræ*: in nos, in proximum, in Deum. III. *Remedia Iræ*: Oportet ergo tollere cauſas, inclinationum *Ira.*

mor-

mortificatione, abſtinentiâ à verbis & actionibus in ira, affectus inordinatos ad creaturam exuere. *P. Jeune in Quadrageſimali.*

*Effectus Iræ.* THESIS IV. *Qui iraſcitur.* Matth. 5. v. 22. Tria mala facit Ira. I. In deſtruit hominem *Rationalem.* II. Deſtruit hominem *Politicum.* III. Deſtruit hominem *Chriſtianum*: Primum quidem, quia Lumini rationis hominem facit renuntiare; alterum, quia eum renunciare facit axiomatis Sapientiæ; tertium, quia renunciare facit ſenſis Religionis. *Nicol.* Dijon. *Capuc. Dom.* 19. *Pent.*

*Injuria.* THESIS V. *Qui autem dixerit fatue.* Matth. 5. v. 22. Verba injurioſa I. oſtendunt debilitatem noſtræ Rationis. II. Oſtendunt imperfectionem noſtræ Charitatis. III. Oſtendunt imprudentiam vitæ noſtræ inſtituti. *Diction. Apoſt.*

THESIS VI. *Qui autem dixerit fatue.* Matth. 5. v. 22. I. Non eſt eloquentia magìs diabolica, quàm illorum, qui verba injurioſa concitato animo in alios jaciunt. II. Non eſt

*Patientia.* patientia magìs Apoſtolica, quàm illorum

rum Chriſtianorum, qui verba injurioſa animo tranquillo excipiunt. *ibid.*

THESIS VII. *Qui iraſcitur fratri.* Matth. 5. v. 22. I. Ob quæ iraſci decet. Vel non decet? II. Quibus non iraſcendum? III. Quando iraſcendum? IV. Quomodo iraſcendum? V. Quouſque iraſcendum? *Faber hic.* *Ira.*

THESIS VIII. *Qui iraſcitur.* Matth. 5. v. 22. I. Sunt paſſiones animi, quas oportet *Prævenire* per Mortificationem. II. Sunt paſſiones animi, quas oportet *Domare* per obedientiam. III. Sunt Paſſiones animi, quas oportet *Vincere* per fugam, aut ſolicitudinem. *Diction. Apoſtolic.* *Paſſio animi.*

THESIS. IX. *Qui iraſcitur.* Matth. 5. v. 22. I. Sunt paſſiones, quæ nobis perſuadere volunt, peccata aliqua *Neceſſaria* eſſe. II. Sunt paſſiones, quæ nobis perſuadere volunt peccata aliqua *Juſta & Licita* eſſe. III. Sunt paſſiones, quæ nobis perſuadere volunt, actus vel maximè peccaminoſos *Actus Charitatis* eſſe. *ibid.*

THESIS X. *Qui iraſcitur.* Matth. 5. v. 22. I. Paſſiones animi fiunt denique

nique invincibiles, conceſsâ eis aliquando libertate. II. Econtra quieſcunt, ſi earum etiam leves motus pœnâ aliquâ coërceantur.

*Juſtitia Phariſæorum.* THESIS XI. *Plùs quàm Phariſæorum.* Matth. 5. v. 20. Juſtitia Phariſæorum in eo ſita erat. I. Legem Dei maximi faciebant. II. Blaſphemias execrabantur. III. Hoſtes erant Impudicitiæ. IV. Magno ſtudio Sabathum cuſtodiebant. V. Frequentes in Templo erant. VI. Publicè orare minimè erubeſcebant. VII. Crebrò jejunabant. VIII. Fideliter dabant Decimas. IX. Magnas dabant Eleemoſinas. X. Munifici erant in Domo Templi, & Gazophylacii. Componantur iis jam virtutes Chriſtianorum multorum. *Faber. hìc. Conc. 1. punct. 1.*

*Ira.* THESIS. XII. *Qui iraſcitur.* Matth. 5. v. 22. Ars iraſcendi ſine peccato, ſeu: I. Cur? II. Quibus. III. Quo modo. IV. Quouſque. *Faber. hìc. Conc. 4.*

*Remedia.* THESIS. XIII. *Qui iraſcitur.* Matth. 5. v. 22. I. Remedia *Iræ propriæ* ſunt, cogitare pœnam iracundis à Deo

Deo ſtatutam: compeſcere motus primos: excluſio à corde Spiritûs Sancti, qui eſt Spiritus Pacis: Excœcatio mentis, & totius hominis deſtructio: perpendendum denique permiſſione Dei factum, ad tentandam noſtram virtutem, id, quod nos malè habet. II. Remedia *Iræ alienæ* ſunt, non ſtatim reſiſtere, declinare à loco, reſpondere manſuetè. *Bretteville.*

THESIS XIV. *Vade reconciliari.* *Venia.* Matth. 5. v. 24. I. Quando ignoſcimus iis, qui nobis *Superiores* ſunt, patientiâ noſtrâ eorum animos movemus. II. Quando ignoſcimus *Subditis* noſtris, illos patientiâ noſtrâ humiliamus. III. Quando ignoſcimus *Æqualibus*, patientiâ noſtrâ illos ædificamus. *Dict. Apoſt.*

THESIS XV. *Vade reconciliari.* Matth. 5. v. 24. Ad hanc reconciliationem cum inimicis movere nos debet Proprium commodum, Honoris, & Religionis momentum. I. *Commodum* proprium, quia agitur de noſtra quiete. II. *Honor*, quia inde dependet æſtimatio noſtra apud alios. III. *Religio*, quia noſtra hoc exigit ſalus. Pri-

mum motivum Rationabile, ſecundum Generoſum, tertium eſt Chriſtianum. *P. Texier. hic.*

*Tria genera Iracundorũ.*

THESIS XVI. *Qui iraſcitur.* Matth. 5. v. 22. Ariſtoteles l. 4. Ethic. c. 11. dividit Iracundos in tres claſſes. I. In prima ſunt *Acuti*, id eſt vivaces & prompti. II. In ſecunda *Amari*, id eſt tetrici & Melancholici, III. In tertia *Difficiles*, id eſt violenti & inflexibiles: quanta ex omni claſſe mala eveniant, conſideranti patebit. *Id. Vide 1. Reg. 24. v. 18. & 21.*

*Vindicta.*

THESIS XVII. *Qui iraſcitur.* Matth. 5. v. 22. Natura, Politica, & Ratio ad vindictam nos provocant; Chriſtus inde nos retrahit: I. *Natura* excitando paſſiones animi ad vindictam capiendam nos animat; Chriſtus, Caput noſtrum, Naturam corrigit. II. *Politica* per propria commoda eò nos impellit; Chriſtus, Rex noſter, hanc Politicam ordinat. III. *Ratio* ex juſtitia prætenſa illam ſuadet; Chriſtus, Magiſter noſter, hanc Rationem reformat. *Bretteville. Eccl. 28.*

*Dilectio Inimicorũ.*

THESIS XVIII. *Qui iraſcitur.* Matth.

Matth. 5. v. 22. I. Præceptum diligendi Inimicos *Antiquiſſimum* eſt, licèt videatur Novum. II. Præceptum *Facillimum* eſt, licèt videatur *Impoſſibile*. III. Præceptum *Glorioſiſſimum* eſt, licèt videatur contemptibile. *Durus eſt hic ſermo &c. Joan. 6. Bretteville.*

THESIS XIX. *Qui iraſcitur.* Matth. 5. v. 22. Lex Inimicorum dilectionem mandans eſt I. Lex *Humanitatis*, quia humanitati & Naturæ conſentanea. II. Lex *Veritatis*, quia intellectui, & Rationi conveniens. III. Lex *Æquitatis*, quia Æquitati & Juſtitiæ conformis. *Naturæ*, inquam, conſentanea; per hanc enim homo diligit hominem ſibi ſimilem, ad cujus amorem naturaliter allicitur; meretur beatitudinem, ad quam naturaliter inclinatur; vitat miſeriam, & damnationem, quam naturaliter averſatur. *Rationi*, dixi, conveniens, quia non paſſione, ſed ratione agit, pretia rerum agnoſcit, ratione diſcurrit. *Juſtitiæ* denique conveniens, nam homo inimicum odio habens eſt injuſtus erga Proximum, erga Deum, erga ſeipſum. *Michaël Vivien. Ord. S. Franc. Recollect. verb. Amor Inimicorum.*

*Lex Dilectionis Inimicorum.*

*Obligatio erga Inimicos.*

THESIS XX. *Qui iraſcitur fra-tri ſuo.* Matth. 5. v. 22. Ad quatuor ſub pœna Inferni tenetur quilibet Chri-ſtianus, quæ ſpectant ad charitatem I-nimici. I. Omne odium internum erga Proximum eradicare ex animo ſuo. II. Petenti inimico veniam, eam non negare. III. Exteriora Ami-citiæ ſigna ei exhibere. IV. Inimi-co in neceſſitate corporali vel ſpiritua-li conſtituto ſuccurrere.

*Venia.*

THESIS XXI. *Qui iraſcitur.* Matth. 5. v. 22. Chriſtianus Inimicorum di-lectionem debet Proximo, Chriſto, ſi-bimet ipſi. I. *Proximo*, ſi attendat eos eſſe homines, Dei Imagines, Chriſtia-nos. II. *Chriſto*, qui in illis atten-dendus eſt, ut Dominus in ſervis, ut Pater in filijs, ut Caput in membris. III. *Sibimet ipſi*, utpote per quam habe-mus peccatorum remiſſionem, Filiatio-nis Divinæ adoptionem, æternæ felici-tatis acquiſitionem. *Vivien.*

*Ira triplex.*

THESIS. XXII. *Qui iraſcitur* Matth. 5 v. 22. I. Ira, quando eſt *Violenta*, excitat tempeſtatem haud ſe-dandam. II. Quando eſt *Pertinax* revelat ſecreta, ſine infidelitate non

pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prodenda. III. Quando eſt *Frequens*, cogit noſtros amicos, ut ſe nobis ſubtrahant. *Diction. Apoſtolic.*

THESIS XXIII. *Vade reconciliari*, Matth. 5. v. 24. Inimicorum dilectio I. eſt *Virtutis Heroicæ Exercitatio*, quia glorioſè triumphat, nam vincit diabolum, inimicum, ſeipſum. II. *Charitatis Divinæ imitatio*, quia è Chriſti ſchola, & Dominicæ Charitatis exemplo inimicis debemus cor, linguam, & manum; cor, ut eos diligamus, linguam, ut pro eis oremus, manum, ut eis benefaciamus. III. *Perfectionis Divinæ æmulatio*, utpote Deum imitatur, Deo aſſimilatur, Deus nuncupatur. *Vivien. in Tertull.* *Dilectio Inimicorũ.*

THESIS XXIV. *Vade priùs reconciliari fratri tuo.* Matth. 5. v. 24. Inimicus noſter charitate vincendus eſt. I. Debemus vincere illorum *Verba* injurioſa *Silentio* Charitatis. II. Debemus vincere illorum vehementes *Impetus Manſuetudine* Charitatis. III. Debemus vincere illorum violentas *Perſecutiones Fugâ* Charitatis. *Diction. Apoſt.* *Victoria de Inimico.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Reconciliatio.*

THESIS XXV. *Vade priùs reconciliari.* Matth. 5. v. 24. I. Reconciliatio *Difficilis* eſt, quando proprium Commodum diviſit animos. II. Reconciliatio *Inutilis* eſt, quando coacta eſt. III. Reconciliatio ſæpe *Coacta* eſt, quando differtur usque ad tempus mortis. *Idem.*

THESIS XXVI. *Vade priùs reconciliari.* Matth. 5. v. 24. Reconciliatio oportet I. Ut ſit *Humilis*, ſi cum Superioribus fit. II. Ut ſit *Generoſa*, ſi cum Inferioribus fit. III Ut ſit *Sincera*, cum quocunque fiat. *Id.*

*Triplex Juſtitia.*

THESIS XXVII. *Niſi Juſtitia veſtra abundaverit.* Matth. 5. v. 20. Perfectio Juſtitiæ tres partes habet. Non perfectè juſtus es I. Si non Juſtus es in te. II. Juſtus *cum Proximo.* III. Juſtus *cum Deo.* Cum Deo: per obſequia Religionis; cum Proximo, virtute fidelitatis, charitatis &c.; Tecum ipſo, per virtutem verecundiæ, mortificationis, Puritatis &c. *Vide Segneri Manna, 6. April.*

(†)

DO-

# DOMINICA VI. poſt PENTECOST.

THESIS I. *Ecce jam triduo ſuſtinent me.* Marc. 8. v. 2. Triduum, quo debemus ſuſtinere, & expectare, ita intellige: I. Ut primus dies in *Humilitate.* II. Secundus dies in *Patientia.* III. Tertius dies in *Reſignatione* expendatur. *Oratio triduana.*

THESIS II. *Ecce jam triduo ſuſtinent me.* Marc. 8. v. 2. Oſori longiorum Concionum cauſa, & culpa, famis & defectionis virium populi per triduum extenſa Cleri concio videri poſſet, verùm falsò: Nam præſtat habere longiores Conciones ex triplici capite, ac ratione. Nam I. *Honeſtum* hoc eſt, quia de Deo nunquam ſatìs, & ſemper loquendum. II. *Utile* eſt, quis enim brevi ſtatim ſermone emolliat obſtinati Peccatoris pectus, ad deponendam malam conſuetudinem, dandam veniam inimicis, Reſtitutionem &c. *Concio longa.*

Quis hoc brevi allocutione perſuadeat? III. *Delectabile* eſt: interrogentur verbi Dei amatores, cui enim verbum Dei, ſeu Manna non ſapit, corruptum ſe habere ſtomachum oſtendit. Neque inferas, ergo Concio per totam diem extendenda: hoc non ſequitur, bene autem conficitur: ergo Verbum Dei non eſt abbreviandum.

*Providentia.*

THESIS III. *Nec habent, quod manducent.* Marc. 8. v. 2. De Dei Providentia I. Non eſt Dubitandum. II. Non eſt Murmurandum. III. Non eſt Diffidendum. *La Selve. Ann. Apoſtol. tom. 3. fol.* 411.

*Menſa triplex.*

THESIS IV. *Facite illos diſcumbere.* Luc. 9. v. 14. Eſt triplex Menſa, I. Menſa *Naturæ.* II. Menſa *Scripturæ.* III. Menſa *Euchariſtiæ.* Hugo Card. ſuper Eccleſiaſtic. c. 31. Primum patet per verba Matth. 4. *Tandem eſuriit:* alterum per verba: *Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo:* tertium, *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.*

*Gula.*

THESIS V. *Saturati ſunt.* Marc. 8. v. 8. Exceſſus gulæ ſunt; I.

An

Ante tempus ,comedere. II. Cibos lautiores quærere. III. Ciborum exactiorem præparationem requirere. IV. In Quantitate excedere. V. Nimio Deſiderio in cibos ferri. *Matth. Faber. hic Conc. 2.*

THESIS. VI. *Saturati ſunt.* Marc. 8. v. 8. Commeſſationes damnandæ. I. Si Rationi nocent. II. Si Sanitatem inſigniter lædunt. III. Si Familiam depauperant. Fullonius Excurſ. 3. Moral. ad c. 1. Machab. *Attendite, ne corda veſtra graventur crapula.* Luc. 21. Intelligis, diſertè à Chriſto dici corda, non cor, quia non cor unum ſed corda gravat ebrietas: cor facultatum, cor vitæ, cor animi, cor Reipublicæ brutâ & craſsâ intemperantiâ opprimuntur. *Fullon. loc. cit.* *Commeſſatio.*

THESIS VII. *Jam triduo ſuſtinent.* Marc. 8. v. 2. Qui parùm comedit, I. Vivit ſanè. II. Vivit ſanctè. Abſtinentia enim deſtruit morbos, qui ſunt vitia corporis; & deſtruit vitia, quæ ſunt morbi animi. *Temperantia*

THESIS VIII. *Manducaverunt, & ſaturati ſunt.* Marc. 8. v. 8. I. Non eſt *Providentia Dei.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt *Locus*, in quo Divina Providentia neceſſitatibus noſtris non proſpiciat; vel in ipſo Deſerto. II. Non eſt *Neceſſitas*, ex qua Divina Providentia non eruat; vel ex ipſa triduana fame. III. Non eſt *Homo*, qui dubitet, quin Divina Providentia ipſum nutriat, etiamſi ſint eorum quatuor millia. *Durand. Doct. Theol.*

THESIS IX. *Miſereor ſuper turbam.* Marc. 8. v. 2. Chriſtus corde, ore, & manu ſe pauperibus benignum exhibet, & Miſeris propitium: Nam I. *Corde* tangitur; *Miſereor ſuper turbam.* II. *Ore* plangit eorum indigentiam: *Ecce jam triduo ſuſtinent me, nec habent, quod manducent.* III. Aperit manum ſuam ad ſubveniendum: *Accipiens ſeptem panes dabat diſcipulis ſuis.* Per quæ omnia damnat quorumdam hominum duritiem, qui neque animo tanguntur aliorum miſeriis, imò inſultant verbis, & neque manum levant, ut eis ſuccurrant. *Id.*

*Panis triplex.*

THESIS X. *Quot habetis panes* Matth. 15. v. 34.? Panis Propitiationis ſive Salutis triplex eſt; I. *Panis An-*

*gelorum*, id eſt Euchariſtia, de quo dictum eſt, Panem Angelorum manducabit homo. II. *Panis Filiorum*, id eſt verbum Doctrinæ, de quo dictum eſt, non eſt bonum ſumere Panem Filiorum, & dare canibus. III. *Panis Amicorum*, id eſt Exemplum vitæ, de quo dicitur: Amice commoda mihi tres panes. Propter hunc triplicem panem dictum eſt ter Petro: Paſce oves meas, ac ſi diceret ei Dominus: Paſce *Euchariſtia*; Paſce *Doctrina*; Paſce *bona vita*. Petr. Bleſſ. *ſerm.* 44.

# DOMINICA VII. poſt PENTECOST.

THESIS I. *Exſcidetur*. Matth. 7. v. 19. I. Arbor non primo ictu cadit. II. Arbor ſubinde primo ictu ruit. Prius de Converſione Peccatoris, poſterius de Supplicio peccati tenet.

THESIS II. *Attendite à falſis Prophetis*. Matth. 7. v. 15. Foramina, per quæ Hæreſis in Germaniam irrepſit, fue- *Hæreſis.*

fuerunt I. Diſſoluta Clericorum vita. II. Ruditas, & inſcientia Paſtorum. III. Prælatorum inſcitia. IV. Principum conniventia. V. Morum corruptio. *Faber. fer. 3. Pentec. Conc. 5.*

*Bona Opera.*

THESIS III. *Arbor, quæ non facit fructum bonum.* Matth. 7. v. 19. Bona Opera neceſſaria ſunt homini I. In ſtatu *Pœnitentiæ*: nam pravi habitus contrarijs actibus deſtrui debent; nam ſicut arte Medicinæ calida frigidis, frigida calidis curantur, ita Dominus noſter contraria oppoſuit medicamenta peccatis &c. S. Gregor. hom. 32. in Evang. II. In Statu *Innocentiæ*: Lumen oleo retinetur, & conſumpto oleo ipſum quoque conſumptum lumen evaneſcit, ita & Spiritûs gratia, quantiſper habemus Opera bona, & crebris eleemoſinis animum rigamus, manet, non aliter, quàm flamma oleo retenta; quæ ſi non adſint, recedit à nobis, & abit. S. *Chryſoſt. hom. 3. de Verb. Apoſt.* III. In Statu *Prædeſtinationis*, quia Regnum Dei non dabitur, niſi facienti fructus &c. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur. Item, Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine &c. Hinc patet, quòd bona

Ope-

Opera neceſſaria ſint homini Pœniten-
ti, Innocenti, & Prædeſtinato. *Bret-
teville.*

THESIS IV. *Attendite vobis à falſis Prophetis.* Matth. 7. v. 15. Ecce tria genera falſorum Prophetarum. I. Sunt, qui corrumpunt laxâ doctrinâ ſuâ bonos mores falſi *Miniſtri* Eccleſiæ deſtruentes Morale Chriſtianum. II. Sunt, qui abutuntur Regulis Prudentiæ Chriſtianæ mala ſua Politica doctrina, perverſi *Sapientes* Mundi. III. Sunt, qui violant virtutem Chriſtianam ſua Hypocriſi, *Devoti* ſecundùm tempus. De prima ſorte ait S. Cyprianus ſerm. de Lapſis. Malum fallens, & blanda pernicies: De ſecunda idem ait: Callidi argumentatores, & fallaces Juriſperiti: De tertia claſſe S. Auguſtinus l. 2. de ſerm. Dom. in monte c. 3. Dupliciter damnantur hypocritæ, ſive pro occulta iniquitate, ſive pro aperta ſimulatione: ex illo condemnantur, quia iniqui ſunt, ex iſto, quia oſtendunt, quod non ſunt. *Texier.*

*Prophetæ Falſi.*

THESIS V. *In ignem mittetur.* Matth. 7. v. 19. Plurima pars homi-
num

*Spes vana.*

num nituntur vana ſpe acquirendi Cœ-li: Nam I. Nullus *Vult* damnari. II. Nullus *Credit* ſe eſſe damnandum. III. Nullus *Facit*, quod faciendum eſt, ne damnetur. *Groſez in Diario Sanctor. 4. Sept.*

**Mundus Propheta.** THESIS VI. *Attendite à falſis Prophetis.* Matth. 7. v. 15: Qualis profectò Mundus eſt, qui aſſeclas ſuos initiô blandè ſuſcipit, & amplectitur, non ſine ſpe remunerationis. Verùm munera ejus ſunt. I. Promiſſa. II. Excuſationes. III. Contemptus. IV. Proditio. *Conſilia Sapientiæ, ſeu Solomonis gnome.*

# DOMINICA VIII. poſt PENTECOST.

**Eleemoſina.** THESIS I. *Scio, quid faciam.* Luc. 16. v. 4. Eleemoſinam faciendi tria, eáque magna, momenta detegit nobis Evangelium. I. Primum eſt, quòd ea ſatisfaciat pro peccatis, quæ commiſimus. II. Alterum eſt, quòd ea ſup-

ſuppleat defectum bonorum Operum, *quæ omiſimus.* III. Poſtremum eſt, quòd ea nobis *procuret fideles, & potentes amicos in Cœlo.* *Durand. Doct. Theol. in Charact. Sanctor.*

THESIS II. *Redde rationem.* Luc. 16. v. 2. Tria genera Bonorum ſunt, de quibus oportet Deo reddere rationem, ſcilicet Bona Naturalia, Temporalia, Spiritualia, ſeu Bona Naturæ, Fortunæ, Gratiæ. I. Bona *Naturæ* reſpiciunt nos ipſos, pro quibus ad tribunal *Bonitatis* ſuæ reſpondebimus. II. Bona *Fortunæ* reſpiciunt conditionem noſtram, pro quibus ſtandum nobis erit ad Tribunal *Providentiæ* ſuæ. III. Bona *Gratiæ* reſpiciunt Salutem noſtram, de quibus rationem reddemus ad Tribunal *Miſericordiæ* ſuæ; in his tribus Tribunalibus vel abſolvendi, vel condemnandi. *Texier.* *Judicium.*

THESIS III. *Redde rationem.* Luc. 16. v. 2. Examinis quotidiani incitamenta ea ferè ſunt. I. Exemplum præclarorum Virorum. II. Periculum Mortis. III. Anceps noſtra Negotiatio. IV. Nocturnæ Dæmonis Inſidiæ. *Examen Conſcientiæ.*

V. Utilitas VI. Facilitas. *Faber Dom. 4. poſt Pent. Conc. 6.*

*Accuſatio.* THESIS IV. *Diffamatus eſt.* Luc. 16. v. 1. Qui diffamant Peccatorem apud Deum, ſunt I. Angeli. II. Dæmones III. Homines. IV. Propria Conſcientia. V. Peccata ipſa. *Faber hîc Conc. 11.*

*Electio.* THESIS V. *Quid faciam?* Luc. 16. v. 3. Quatuor ſunt ante rei factum conſideranda. I. Examinatio *Principij.* II. Diſcuſſio *Medij.* III. Prævisio *Finis.* IV. Conſilium *Sapientis. S. Thom. Tom. 1. Opuſc. De his, quæ gratis exiſtunt in principio.*

*Mendicatio.* THESIS VI. *Mendicare erubeſco.* Luc. 16. v. 3. Tripliciter contingit Mendicare. I. Ex Neceſſitate *Naturæ.* II. Ex Vitioſitate *Culpæ.* III. Ex Supererogatione *Juſtitiæ. S. Bonav. de Paupertate.*

*Mendicitas.* THESIS VII. *Mendicare erubeſco.* Luc. 16. v. 3. Quintuplex eſt Mendicitatis differentia. I. Prima eſt, quam parit *Calamitas*, & hæc eſt in perſonis miſerabilibus & egenis. II. Se-

cunda

cunda eſt, quam parit *Cupiditas*, & hæc eſt in pauperibus ſimulatis. III. Tertia eſt, quam parit *Pigritia*, & hæc eſt in pauperibus mendicantibus validis & otioſis. IV. Quarta eſt, quam parit *Induſtria*, & hæc eſt in pauperibus Studioſis circa Studia occupatis. V. Quinta eſt, quam parit *Juſtitia*, & hæc eſt in pauperibus voluntarijs, immunibus ab amore temporalis lucri, & torpore temporalis quietis. *S. Bonav. in Apolog. pauperum, Cap. 3. v. 4.*

THESIS VIII. *Diffamatus eſt.* Luc. 16. v. 1. Bonitas famæ conſiſtit. I. in Bonitate, & Veritate, quæ prædicantur. II. In Bonitate, & Auctoritate prædicantium. III. In Latitudine & Perſeverantia prædicationis. *Hugo Card. in Ecclef.* *Diffamatio.*

THESIS IX. *Diffamatus eſt.* Luc. 16. v. 1. Verbum quidem citò prolatum, ſed non tam citò revocatum. I. Vulnerat hoc *Cor Dei*, qui maledicentiam prohibet. II. Vulnerat *Cor Proximi*, qui maledicentiam ſuſtinet. III. Vulnerat *Cor Amici*, qui complex eſt maledicentiæ. IV. Vulnerat *Cor Male-*

*ledicentis*, qui author eſt Maledicentiæ, *Craſſet in Conſid. fer. 3. poſt Dom. 8. Pen-tec.*

*Teſtamentum Divitum.* THESIS X. *De Mammona iniquitatis.* Luc. 16. v. 9. Divites dividuntur in tres partes; Nam I. *Anima* datur dæmonibus. II. *Pecunia* raptoribus. III. *Cadaver* vermibus. *Hugo Card.* *Pſ. 53.*

*Divitiæ.* THESIS XI. *De Mammona iniquitatis.* Luc. 16. v. 9. I. Aliud eſt, divitias *Amare*, & *non Habere*. II. Aliud *Habere*, & *non Amare*. III. Aliud, nec *Habere*, nec *Amare*. IV. Aliud, *Habere*, & *Amare*. Amare, & non habere vanum eſt, & infructuoſum; Habere nec amare laborioſum: nec habere nec amare, perfectum: habere & amare periculoſum. S. Antonin. p. 2. t. c. 1. §. 1.

*Avari.* THESIS XII. *De Mammona iniquitatis.* Luc. 16. v. 9. Homines avari ſunt I. *Ingrati in Deum*: quia de eo non cogitant, eum non amant, eum non adorant. II. *Inhumani in Proximum* & præcipuè in Pauperes, quia ſubvenire nolunt; eos audire renuunt, eos videre recuſant. III. *Exitioſi* ...

ipſos: quia animam ſuam vili pretio vendunt, criminibus multis inquinant, in infernum præcipitant. *La Selve ſer. 5. poſt Dom. 3. Quadrag.*

THESIS XIII. *Facite vobis Amicos.* Luc. 16. v. 9. Mirabilia facit Eleemoſina. I. *In Inferno*; nam tartareum ignem extinguit, & ad inferni fores ſtans impedit ingreſſum. *Non patietur animam ire in tenebras.* Tob. 4. II. *In Terra*: ubi conſervat Dei opera, ſcilicet Pauperes, ut ait Div. Chryſoſtomus: Patrat miracula, ægris pauperibus ſuccurrendo, ut medicinam ſibi comparent, qua convaleſcant: captivos è carcere producit, debita illorum ſolvendo; peregrinos alendo &c. III. *In Cœlo*: ubi ædificat tabernacula; Pauperum manus hujusmodi domos conſtruunt, *inquit idem Chryſoſt. hom.* 7. *de Pœnit. Zachar. La Selve hic.* Eleemoſina.

THESIS XIV. *Quid hoc audio de te.* Luc. 16. v. 2. Correctio Fraterna I. *A quo* facienda ſit? ſcilicet à quovis, Chriſti exemplo, charitatis præcepto, gloria Dei. II. *Quando* facienda ſit? ſcilicet, quando certò conſtat peccâſſe fratrem tuum, item emendationis Correctio.

 ſpes

ſpes ſit. III. *Quomodo* facienda ſit? ſcilicet, in ſpiritu charitatis, item inter te, & ipſum ſolum &c. *Zach. Le Selve fer. 3. poſt Dom. 3. Quadrag.*

*Bona ſpiritualia præponenda.*

THESIS XV. *Bona ipſius.* Luc. 16. v. 1. I. Videamus, an non majori ſtudio inhiemus Bono temporali, quàm virtuti? II. Videamus, an non majori cura illud cuſtodiamus, quàm Gratiam? III. Videamus, ſi non jactura illius plus nos affligat, quàm jactura Dei? *Diction. Apoſtolic.*

*Erubeſcentia bona.*

THESIS XVI. *Erubeſco.* Luc. 16. v. 3. I. Bona Erubeſcentia, quam ſtatûs noſtri Perfectio inducit, eò quòd non ſimus digni. II. Bona Erubeſcentia, quam Humilitas efficit, ſi laudibus efferamur. III. Bona Erubeſcentia, quam æmulatio excitat, quando nos in virtute ab aliis ſuperari cernimus. *Id.*

*Mala.*

THESIS XVII. *Erubeſco.* Luc. 16. v. 3. I. Mala Erubeſcentia, quæ nos à Sacramentis retinet. II. Mala Erubeſcentia, quæ nos ad facienda ſacrilegia inducit. III. Mala Erubeſcentia, quæ nos ab exercitio virtutum impedit. *Id.*

THE-

THESIS XVIII. *Quid faciam?* Luc. 16. v. 3. Villicus malè ſibi conſcius intemperie animi agitatur: ſcilicet hæc Synderesis poſt peccatum I. apud aliquos eſt *Poena*, illos nempe, qui ſunt deſperatæ ſalutis uti Cain &c. qui infernum ſuum jam in terris ſentire incipiunt. II. Apud alios eſt *Correctio*, illos ſcilicet, qui hiſce ſtimulis agitati reſipiſcunt, & ad frugem redeunt per pœnitentiam poſt acerbos hos fructus peccati. III. Apud alios eſt *Perfectio*, quam Deus intendit eos purificando in hoc purgatorio. *Alexand. Diotallevi S. J. in Idea Pœnitentis ſuper Pſ. 50. cap. 5.* *Synderesis.*

THESIS XIX. *Filij hujus Sæculi prudentiores ſunt.* Luc. 16. v. 8. Prudentia Christiana exigit I. Ut Bona Spiritualia præponamus temporalibus. II. Ut Viam ſecuriorem præferamus, quando agitur de Salute. III. Impedit, ne temerè vitæ ſtatum eligamus. *Dict. Apoſtolic.* *Prudentia Chriſtiana.*

THESIS XX. *Quid faciam?* Luc. 16. v. 8. Velle rem ſuam promovere abſque Deo, via certa intereundi eſt. *Juglaris Quadrageſ. ſept. 6. die Ven.* *Monitum pro Politicis.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Fidelitas.* THESIS XXI. *Quaſi diſſipaſſet bona ipſius.* Luc, 16. v. 1. Sicut Germanicum adagium habet, ita revera eſt: Redlich macht reich. In omnibus ſincerè procedere parit divitias. *Vide Kyblerum tom. 1. fol.* 1099.

*Eleemoſyna.* THESIS XXII. *Ut, cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Luc. 16. v. 9. Tria quàm maximè ſuadent facere eleemoſinam. I. Peccata noſtra, quæ fecimus, quia per eam extinguuntur II. Defectus bonorum operum, quem eleemoſina ſupplet. III. Patrocinium aliorum, quod nobis charitas procurat. *Durand. in Charaɛter. Sanctor. hìc.*

*Amicus.* THESIS XXIII. *Facite vobis amicos.* Luc. 16. v. 9. Probatur Amicitia I. *Fide*, per quam te, & tua omnia ei, quem diligis, ſine omni ſuſpicione committis. II. *Intentione*, ut nihil ex amicitia niſi Deus, & naturale bonum, cujus ipſe eſt Auctor, expectetur. III. *Diſcretione*, quid amico præſtandum ſit, in quibus etiam pro amico triſtandum ſit, vel in quibus ei congratulandum, in quibus denique corripiendus ſit. IV. *Patientia*, ipſa etiam in amicitia ma-

maxi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mum locum tenet, ipſa enim Cuſtos & Nutrix amicitiæ eſt, ipſa in lætis, & triſtibus, atque in quolibet vitæ ſtatu ſe præbet æqualem. *Petrus Bleſ. lib. de Amicitia.*

# DOMINICA IX. poſt PENTECOST.

THESIS I. *Flevit ſuper illam.* Luc. 19. v. 41. JESUS dicitur ter fleviſſe I. In ipſo Ortu genus humanum. II. Proceſſu temporis Lazarum. III. Ad ultimum in Jeruſalem futurum caſum. *S. Bern. in Sententijs.* *Lacrimæ Chriſti.*

THESIS II. *Tempus Viſitationis tuæ.* Luc. 19. v. 44. Modis quatuor viſitat nos Deus. I. Exhibitione præcepti. II. Aſperitate flagelli. III. Novitate miraculi. IV. Inſpiratione ſubtili. *S. Bern. in Sent.* *Viſitatio Divina.*

THESIS III. *In hac die.* Luc. 19. v. 42. Juris-conſulti dies Judiciales, quibus pro tribunali agitur, in duas *Dies Utiles.*

 claſ-

claſſes dividunt. I. In prima ponunt *Dies Utiles*, ſeu Legitimos, in quibus licitum eſt adducere teſtimonia, defenſionem &c. II. In altera *Dies Seſſionum*, in quibus haud ſine timore exſpectatur Sententia.

*Pœna peccatoris.* THESIS IV. *Circumdabunt te, & coanguſtabunt te undique.* Luc. 19. v. 43. Pœnæ peccatoris inveterati horribiles ſunt: ſcilicet I. Non poſſe à peccatis ceſſare. II. Veteribus nova adjungere. III. In peccato mori. *Faber in Conc. S. Matth. conc. 1. punct. 3.*

*Peccator ridens.* THESIS V. *Flevit.* Luc. 19. v. 41. Peccator ridens prodigium. *Vide Segneri in Quadrageſ. Conc. 28.*

*Scitu proficua.* THESIS VI. *Si cognoviſſes & tu.* Luc. 19. v. 42. Utinam ſaperent, & intelligerent, ac Noviſſima providerent. *Deut. 32. v. 29.* Utinam homines tria *ſaperent*. I. *Præterita*: ſcilicet Bonum omiſſum; Malum commiſſum; tempus amiſſum. II. *Intelligerent Præſentia:* ſcilicet vitæ brevitatem; ſalvandi gravitatem; ſalvandorum paucitatem. III. *Providerent Futura*: ſcilicet Mortem, quâ nihil miſerabilius;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lius; Judicium, quô nihil terribilius; pœnam Inferni, qua nihil intolerabilius.

THESIS VII. *In hac die tua, quæ ad pacem tibi.* Luc. 19. v. 42. Summa Dei Bonitas cumprimis in eo apparet, I. Quòd ipſe peccatores quærat, omiſsâ vindictâ. II. Quòd eos recipiat ſine reprehenſione. III. Ipſis blandiatur absque contractione beneficiorum ſuorum. *Bonitas Dei.*

THESIS VIII. *Ingreſſus in templum,* Luc. 19. v. 45. Irreverentiæ, quas Chriſtiani in templo committunt, ſunt. I. DEO *Injurioſæ*, quia Sanctitatem Cultûs ſui inhonorant. II. Proximo *Scandaloſæ*, quia ipſi contemptum Religionis inſpirant. III. Nobis ipſis *Pernicioſæ*, quia fructu Orationis nos privant. 1. *Elegi & ſanctificavi locum iſtum.* 2. Paral. 7. 2. Fiunt & miſeris religioſa delicta, & cœpit licitum eſſe, quod publicum eſt. 3. Summum futuri Judicij præjudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, ut à communicatione orationis, & conventûs, & omnis Sancti commercii relegetur. *Templum Sanctum.*

Ter-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Tertull. in Apolog. c. 39. Nicolaus Dijon Capucin. hic.*

*Cauſa flendi.* THESIS IX. *Flevit ſuper illam,* Luc. 19. v. 41. I. Chriſtus flevit propter noſtrum abuſum ſuarum Gratiarum; & nos non ex hac cauſa ploremus? II. Chriſtus flevit propter imminentia nobis innumera mala; & nos ex hac cauſa non ploremus? III. Chriſtus flevit propter profanationem Templi à nobis factam; & nos rei ex hac cauſa non ploremus? *Durand. Doct. Theol. hic.*

*Inſpirationes Divinæ.* THESIS X. *Si cognoviſſes & tu.* Luc. 19. v. 42. I. Inſpirationes, quæ promptam obedientiam exigunt, illæ ſunt, quæ ad noſtram Converſionem ſpectant. II. Inſpirationes, quæ ſerium examen exigunt, illæ ſunt, quæ ad noſtram vocationem Religioſi, vel alterius vitæ Statûs ſpectant. III. Inſpirationes, quæ directionem prudentis Viri exigunt, illæ ſunt, quæ nos ad viam extraordinariam impellunt. *Diction. Apoſt.*

*Occaſio.* THESIS XI. *Si cognoviſſes & tu.* Luc. 19. v. 42. I. Felicitas vel Infe-

li-

licitas noſtra ſæpe Occaſioni bonæ vel malæ affixa eſt. II. Oportet ergo malas occaſiones prævidere, ut eas evitemus. III. Et aucupari occaſiones bonas Converſionis noſtræ, ne nobis elabantur. *Id.*

THESIS XII. *Si cognoviſſes.* Luc. 19. v. 42. I. Qui Occaſionem ſalutarem ſponte negligit, ſe ſe periculo exponit, non ampliùs eam habendi. II. Qui Occaſionem ſalutarem indagat, favente Deo eam invenit. *Id.*

THESIS XIII. *Quoties volui congregare filios tuos.* Matth. 23. v. 37. Multi Theologi cum Vasquez 3. p. diſp. 97. tenent, prædefinitum eſſe numerum Gratiarum Excitantium, & Prævenientium, quibus ſi homo correſpondet, ſalvatur; ſi reſiſtit vel negligit, damnatur. *Quoties volui.* Ecce numerum Gratiarum Excitantium, quas dat Deus. *Noluiſti.* Ecce noſtram rejectionem, vel diſſimulationem. *Relinquetur.* Ecce reprobationem. *Diotallevi S. J. Diſcurſ. ſpirit. Dom. 6. poſt Paſcha.* *Inſpirationes.*

THESIS XIV. *Quia ſi cognoviſſes.* Luc. 19. v. 42. Prô dolor! minatur Chri- *Bonitas Dei.*

Chriſtus, & non timetur: Promittit, & non creditur ei: Blanditur, & pejores efficimur. I. Quid promittit Chriſtus? Vitam æternam. II. Quid minatur? Ignem æternum. III. Quomodo blanditur? Exſpectando per Miſericordiam. *Hugo de S. Vict. de Clauſtro Animæ. l. 1. c. 8.*

*Gratia.* THESIS XV. *Quia ſi cognoviſſes.* Luc. 19. v. 42. I. Time, cùm arriſerit Gratia. II. Time, cùm abierit. III. Time, cùm denuò revertetur. *S. Bern. ſerm. 54. in Cantic. Vide ſis ibi expoſitionem.*

# DOMINICA X. poſt PENTECOST.

*Templum.* THESIS I. *Aſcenderunt in Templum, ut orarent.* Luc. 18. v. 10. Omnia, quæ ſunt in templo, ſunt motiva Contritionis, Modeſtiæ, Pietatis. I. Aqua luſtralis. II. Baptiſterium. III. Imago Crucifixi. IV. Imagines B. V. & Patroni Eccleſiæ. V. Altare. VI.

VI. Tabernaculum. VII. Tribunal Pœnitentiæ. VIII. Cathedra Concionatoris. IX. Fideles circumſtantes. *P. Jeune.*

THESIS II. *Aſcenderunt in Templum.* Luc. 18. v. 10. Anima Juſti eſt templum Dei, hoc profanatum ut reconcilietur, ſex ſunt neceſſaria, quæ ſignificantur per conſecrationes Templi Materialis. I. Duodecim Luminaria, id eſt, Fides duodecim Articulorum. II. Aqua Luſtralis, id eſt, Lacrimæ Pœnitentis. III. Cinis, id eſt, Mortificationis. IV. Obſervatio Mandatorum Dei. V. Cruces Afflictionum. VI. Reliquiæ Sanctorum, imitando virtutes eorum. *Id.* *Conſecratio Templi.*

THESIS III. *Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat.* Luc. 18. v. 11. Tria obſervanda ſe offerunt. *Orabat: Jejuno: Decimas do.* Hypocrita nempe, ut videatur ab hominibus. I. *Jejunat:* ſed ejus jejunium ex ſe fictitium, ex modo pravum, ex intentione perverſum. II. *Eleemoſinas erogat:* verùm eleemoſina buccinata eſt inimica Deo, quem gloriâ debitâ fruſtrat; Pauperi, cui arroganter inſultat; Hypocritæ, quē cœ- *Hypocritæ.*

lesti

leſti mercede privat. III. *Orat* ; ſed damnatur ejus intentio, quâ orat, modus, quo orat, locus, in quo orat. *Michaël Vivien in Tertull. Prædicante Verb. Hypocr.*

*Bonitas Dei.*

THESIS IV. *Deſcendit hic juſtificatus.* Luc. 18. v. 14. Bonitas Dei in tribus rebus maximè claret. *Vide ſuperius, Dom. 9. poſt Pent. theſ. 7.*

*Peccator manifeſtus, & tectus.*

THESIS V. *Duo homines aſcenderunt in templum.* Luc. 18. v. 10. Scilicet duo Peccatores I. Unus tectus, nempe Phariſæus. II. Alter notus, nimirum Publicanus: hic gratiam à Deo obtinet, alter nullam; huic humilitas opitulatur, alteri ſuperbia adverſatur.

*Peccatores non ſpernendi.*

THESIS VI. *Publicanus à longè ſtans.* Luc. 18. v. 13. Peccatores non ſunt ſpernendi, nam I. Fortè non eſt ampliùs Peccator. II. Fortè cras non erit. III. Culpâ vacat in multis, in quibus tu reus. IV. Graviores fortè tentationes, & occaſiones habet peccandi. V. Fortè melior reſurget longè. VI. Humiliat ſe. *Fabri. Feſt. Magdalenæ. Conc. 7.*

THE

THESIS VII. *Qui in ſe confidebant.* Luc. 18. v. 9. Confidentia triplex eſt: I. Confidentia *de ſe ipſo.* II. Confidentia *de Alio.* III. Confidentia *de aliquo Vano.* *Verba S. Antonini P. 1. tit. 6. c. 7. §. 1.* *Confidentia.*

THESIS VIII. *Alter Publicanus.* Luc. 18. v. 10. Non conſtat, quorum maximè peccatorum reus: verùm quid refert? unum peccatum omnia peccata, quia. I. Qui offendit in uno, factus eſt omnium reus. Jacob. 2. II. David omnia ſua peccata vocat unicum peccatum: à peccato meo munda me. Pſ. 50. III. Peccatum unum ſufficit ad ruinam. Abſalom ſolo crine pependit, & totum corpus perijt. *Hartung. Dom. 4. poſt Paſch. Conc. Aulic.* *Peccatum unum omnia.*

THESIS IX. *Qui ſe exaltat.* Luc. 18. v. 14. Chriſtianus debet eſſe *Superbus.* Examinemus, quo pacto? Exordior I. *ab Auctoritate.* Verus humilis hoc ſanè ſuperbus, quòd laudes contemnit. S. Bern. ſerm. 16. in Cantic. Humilis ad merita, ſuperbus ad vitia Euſeb. Emiſs. hom. de S. Maximo. O beata iſta ſuperbia! ó beata mentis elatio, quæ dum carnalis thala- *Chriſtianus debet eſſe Superbus.*

mi jura contempſit, in dotalium Regis æterni glorioſa tranſijt. S. Pet. Dam. Opuſc. 56. ad Agnetem Imperatric. c. 4. *Bonum eſt enim mihi mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet. 1. Cor. 9.* En S. Paulus mavult vitæ, quàm gloriæ facere jacturam. II. *Ratione.* Vitia ſunt gradus ad virtutem ſcilicet calcata. Euſeb. Emiſs. Ergo elatio eſt neceſſaria, ſicut hoſtis ad victoriam: nihil enim aliud eſt ſuperbire, quàm ſuper ſe ire. Item Chriſtianus in ipſis rebus vilibus gerit animum excelſum, conſiderans, quantùm ſuperent res cœleſtes terreſtria. Item, *Sic ſe exiſtimet, quaſi ipſe ſit ſolus, & Deus.* S. Bern. in Specul. Monachor. Ergo rationi conſonum eſt, ut Dei ſervus ſe tanti faciat, ut omnia reliqua contemnat, & planè non eſſe arbitretur. III. *Naturâ.* Expergiſcere ô homo, & dignitatem tuæ cognoſce naturæ. S. Leo ſerm. 7. de Nativit. Homo eſt imago Dei: nobilem vult eſſe vitam tuam, qui tibi commiſit imaginem ſuam. hom. 2. de Symbolo Euſebius Emiſs. In homine refulget dignitas Dei. *Dedignemur ultra ſervire peccato, quibus tanta Beatitudo præparatur in Cœlo.* S. *Aug. ad frat. in Eremo*

*mo ſerm. 57. Alexand. Pellegrinus S. J. in Paradoxis Evangelicis.*

THESIS X. *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* Luc. 18. v. 14. Sola Demiſſio exaltatrix, ſed non quævis; nam ſunt I. Qui ſe humiliant, dum omnia bene ſuccedunt eis: Si autem tetigerit eos manus Dominì, ſtatim ponunt os ſuum in Cœlum. II. Qui ſe humiliant, ut aſcendant, vel adipiſcantur gloriam. III. Qui ſe humiliant, ut evadant pœnam. IV. Qui ſe humiliant ex neceſſitate; impetu enim venti quercus frangitur, quem calamus evadit. *Petrus Bleſſenſis ſerm. 3. in feſto S. Nicolai.* *Humilitas nequã.*

THESIS XI. *Qui ſe exaltat, humiliabitur.* Luc. 18. v. 14. Ambitio diverſam cum humilitate ſortem ſubit. I. Humiles ſublimantur ad Gratiam; Superbi labuntur in Peccatum. II. Humiles ad Filiationem Dei elevantur; Superbi in Dæmonis ſervitutem proſternuntur. III. Humiles in Cœlum evehuntur; Superbi in Infernum projiciuntur. *Tertull. Præd. verb. Ambitio. Virien.* *Ambitio.*

*Confidentia.* THESIS XII. *In ſe confidebant*, Luc. 18. v. 9. Duplex error nos tenet: I. Credimus nos Innocentiores, quàm ſumus. II. Credimus nos magìs dolentes, & Contritos, quàm ſumus. Hinc confidimus in nobis perperam.

*Contemptus.* THESIS XIII. *Aſpernabantur cæteros.* Luc. 18. v. 9. O quàm aliter facerent homines, ſi Chriſtianam Philoſophiam ſequentes diſcerent. I. Spernere Mundum. II. Spernere Nullum. III. Spernere ſeſe. IV. Spernere ſperni. *Doctrina magni cujusdam Viri Religioſi, qui floruit ante S. Thom. Aquin.*

*Judicium de alijs.* THESIS XIV. *Sicut cæteri hominum, raptores, injuſti &c.* Luc. 18. v. 11. Ut rectè aliquem nòveris, vide illius de alijs arbitrium: nam ex ſe quisque alios fingit, cenſet, æſtimat. *Vide Didac. Niſſen. ſerm. Quadrageſ. Dom. Paſſionis. Periocha* 4.

*Superbia.* THESIS XV. *Gratias ago tibi, quia non ſum ſicut cæteri hominum.* Luc. 18. v. 11. Parùm eſt I. Non rogare Deum, II. Sed ſe laudare, III. Inſuper & roganti inſultare. *S. Aug. ſerm.* 36. *de*

*de Verb. Dom. circa med. loquitur de hoc Phariſæo.*

THESIS XVI. *Unus Phariſæus, & alter Publicanus.* Luc. 18. v. 10. I. Humilitas deſtruit omnia Peccata, id, quod videre eſt in Publicano. II. Superbia deſtruit omnes Virtutes, id quod videre eſt in Phariſæo. *Craſſet. Conſid. hic.* *Humilitas.*

THESIS XVII. *Deſcendit hic juſtificatus.* Luc. 18. v. 14. Ecce ideam Pœnitentis in Publicano, quid mirum, quòd fuerit juſtificatus. I. *à longè ſtans*: Sciebat enim, quantùm ſe à Deo per peccata elongaverit. II. *Nolebat nec oculos ad cœlum levare.* Verecundia hæc magna diſpoſitio eſt ad reſurgendum à peccato. III. *Percutiebat pectus ſuum.* Iſtud indicat dolorem & contritionem. IV. *Deus propitius eſto mihi Peccatori*; nominando ſe Peccatorem peccata ſua confitetur. *Alexander Diotallevi. tract. ſpirit. hic.* *Pœnitentiæ idea.*

THESIS XVIII. *Injuſti, adulteri &c.* Luc. 18. v. 11. Adulteri ſunt I. Homines ſine honore. II. *Adulterii.*

Homines ſine fide. III. Homines ſine miſericordia.

*Hæretici cœci.* THESIS XIX. *Qui in ſe confidebant.* Luc. 18. v. 9. Triplex Peccatorum cœcorum genus eſt. I. Aliqui cœcitatem incurrunt ſponte ſua, quia à cœcitate hac non abhorrent, neque illam apprehendunt. II. Alij cœci ſunt, quorum cœcitas incurabilis eſt, quia non niſi à cœcis illuminari volunt. III. Alij denique cœci ſunt, qui lumen videntibus præferre volunt. Ecce triplex genus Hæreticorum. *Dictiom. Apoſtolic.*

*Humilitas.* THESIS XX. *Qui in ſe confidebant.* Luc. 18. v. 9. I. Nullus eſt Peccator, qui non ſe humiliare debet agnoſcendo id, *quod fecit.* II. Nullus è numero Pœnitentium, qui humilitatem ſuam non ſtabilire debet, cognoſcendo id, *quod eſt.* III. Nullus in ſtatu Innocentiæ, qui ſe in ſuo Nihilo non continere debet, conſiderando, id, *quod eſſe poteſt.* *Id.*

*Confidentia falſa.* THESIS XXI. *In ſe confidebant tanquam Juſti.* Luc. 18. v. 9. I. Sunt, qui Chriſtiani eſſe volunt, non item Chri-

Chriſtianam vitam inſtituere. II. Sunt, qui Catholici eſſe volunt, non item Præcepta obſervare Eccleſiæ. III. Sunt, qui Salvi eſſe volunt, non item Cœlum mereri. *Idem.*

*Oratio triplex.*

THESIS XXII. *Aſcenderunt in Templum, ut orarent,* Luc. 18. v. 10. I. Deus à nobis exigit homagium *Labiorum*: Sic ergo orabitis; Pater noſter &c. II. Deus à nobis exigit homagium *Cordis*: Ore clamâſti, ſed corde tacuiſti. S. Aug. III. Deus à nobis exigit homagium *Manuum*: Cantent ora, cantent corda, cantent opera. *S. Aug. P. Chappuis S. J. in medit. 16. Nov.*

*Peccator.*

THESIS XXIII. *Qui in ſe confidebant tanquam Juſti.* Luc. 18. v. 9. I. Primum enim apud iſtos eſt Extenuatio peccati. II. Exultatio poſt peccatum. III. Tertium Diffuſio per exemplum. IV. Quartum Continuatio per contemptum. *Pet. Bleſs. ſerm. 23. de S. Magdalena.*

# DOMINICA XI. poſt PENTECOST.

*Miracula*

THESIS I. *Surdos fecit audire, & mutos loqui.* Marc. 7. v. 37. Problema eſſe poſſit: an, ſi Deus cœcos videre, ſurdos audire, mutos loqui faciat, quid majus præſtet, quàm ſi aliquos cœcos, aliquos ſurdos, aliquos mutos efficiat?

*Linguæ moderatio.*

THESIS II. *Loquebatur rectè.* Marc. 7. v. 35. Tria igitur obſervet, qui linguam moderari cupit: I. Pauca loquatur. II. Bona loquatur. III. Opportunè loquatur. *Raynaud. Virtut. fol.* 844.

THESIS III. *Loquebatur rectè.* Marc. 7. v. 35. Fructus Moderationis linguæ primus eſt. I. Quòd Cogitationes ſanctas & ſapientes producat. II. Secundus: Peccatum, quod in multiloquio non deeſt, evitatur. III. Reverentiam, & venerationem hominum ſibi conciliet. *Id. Virtut. fol.* 645.

THE-

THESIS IV. *Miſit digitos ſuos in auriculas ejus.* Marc. 7. v. 33. Contraria operi Deo ſecunda. Mirabilis Deus in omnibus, ſed in hoc potiſſimùm, ſi dici poteſt, ſeipſo mirabilior, quòd contrariis, & pugnantibus uti noverit, & conſueverit, tanquam inſtrumentis aptiſſimis ad ſuum finem conſequendum. *Quæ ergo Operi ſunt contraria, ſi Deus iis utitur, ſunt ſecunda. Alexand.* Pellegrinus *in Paradoxis Evangelicis. Paradox.* 4. *Deus etiã contrariis utitur.*

THESIS V. *Loquebatur rectè.* Marc. 7. v. 35. Quadripartita eſt loquendi ratio, qua profertur vel bonum bene, vel malum malè, vel bonum malè, vel malum bene. I. *Bonum bene loquitur,* qui ea, quæ recta ſunt, humiliter annunciare videtur. II. *Malum malè loquitur,* qui quodlibet flagitium perſuadere conatur. III. *Bonum malè loquitur,* qui quodcunque rectum arroganter prædicare ſentitur. IV. *Malum bene loquitur,* qui aliquod narrando vitium deteſtatur, ut ab eo homines avertantur. *S. Iſidor. Hiſpal. l. 2. de* ſummo Bono c. 29. *Sentent.* 16. *Ratio loquendi.*

THE-

*Idioma terræ, & Cœli.*

THESIS VI. *Loquebatur rectè.* Marc. 7. v. v. 35. I. *Idioma terrenum eſt* : Loqui Bene de ſe, Malè de aliis, Nil de Deo. II. *Idioma Cœleſte eſt*: Loqui Malè de ſe, Bene de aliis, Semper de Deo. *P. Ludovicus de Ponte.*

*Verborum tria genera.*

THESIS VII. *Loquebatur rectè.* Marc. 7. v. 35. Petrus Faber primogenitus S. Ignatij filius, teſte Ludovico Gonſalvio, dividere ſolitus eſt verba I. in *verba Verborum.* II. *Verba Cogitationum.* III. & *Verba Factorum*, per quæ intelligebat exempla.

*Ars loquendi.*

THESIS VIII. *Loquebatur rectè.* Marc. 7. v. 35. Ut rectè loquaris, & linguam tuam dirigas, I. Infimus in hac arte gradus eſt *Scire tacere.* II. Proximus *Scire Parùm loqui.* III. Supremus, & perfectiſſimus *Scire multum loqui* absque Superfluitate, ac errore.

*Converſatio.*

THESIS IX. *Solutum eſt vinculum linguæ ejus.* Marc. 7. v. 35. I. Prodigij inſtar, intereſſe converſationi hominum, in qua aliis non detrahatur. II. Res rara, ut aliquis non ſimul eò pertrahatur. III. Difficile, ut aliquis non faciles præbeat aures. IV. Difficillimum,

cillimum, ut aliquis ſeſe ejusmodi maledicentiæ opponat, quemadmodum tenetur.

THESIS X. *Loquebatur rectè.* Marc. 7. v. 35. Ut aliquis rectè loquatur, viam monſtrant ſequentes regulæ. I. Ut ſit dominus linguæ, oportet, ut ſit dominus ſuorum affectuum, ſeu Paſſionum. II. Ut aliquis turbato animo taceat. III. Haud opus eſt ſemper reſpondere. IV. Verba aliorum contra nos nihili facere. V. Eſſe velocem ad audiendum, tardum ad loquendum. VI. Parcum eſſe in laude virorum, mutum verò prorſus ad vituperationem. VII. Eſſe pauciloquum. VIII. A Deo ad cuſtodiendam linguam petere gratiam. *Regulæ loquendi.*

THESIS XI. *Solutum eſt vinculum linguæ.* Marc. 7. v. 35. *Vide ſuperiùs Dom. 8. poſt Pent. Theſi 8. de diffamatione. Verbum citò prolatum, ſed non tam citò revocatum.*

DO-

# DOMINICA XII. poſt PENTECOST.

*Amor Proximi.* THESIS I. *Et Proximum tuum ſicut teipſum.* Luc. 10. v. 27. I. Amor proximi eſt *inſeparabilis* ab amore Dei. II. *Signum*, & Nota amoris Dei. III. *Menſura* amoris Dei. *Vivien in Tertull.*

*Regulæ Charitatis.* THESIS II. *Et Proximum tuum ſicut teipſum.* Luc. 10. v. 27. I. Prima Regula Charitatis: Amare proximum, ſicut ſeipſum, ejus mala velut ſua ſentire, ejus defectus velut proprios velare. II. Secunda Regula: Eum ita amare, ſicut ab ipſo amari cupimus. III. Tertia Regula: Eum ita amare, ſicut nos Chriſtus amavit ſine noſtro merito, & ſuo commodo, quin cum ſuo incommodo, diſpendio gloriæ, & vitæ. *Franc. Nepveu S. J. Cogit. Chriſtian. 24. May.*

*Miſericordia.* THESIS III. *Fecit miſericordiam.* Luc. 10. v. 37. I. Hæc docetur à primis Chriſtianis. II. Ab Hebræis. III.

III. A Gentilibus. IV. A Beſtijs. V. Ab Inferis. *Faber Feſto S. Matth. Conc.* 4. item *Conc.* 6. *punct.* 6.

*Immiſericordia.*

THESIS IV. *Viſo illo præterivit.* Luc. 10. v. 31. Miſericordiæ omiſſæ, ſeu Immiſericordiæ pœnæ proponuntur, & excuſationes refelluntur. I. In Fortunis. II. In Liberis. III. In Corpore. IV. In Anima. V. In iſta Vita. VI. In altera Vita. *Id. ibid. Conc.* 5.

*Sacerdos peccans.*

THESIS V. *Sacerdos quidam.* Luc. 10. v. 31. In Sacerdote quilibet defectus notabilior exiſtit. I. Tum propter Dignitatem ſublimiorem. II. Tum propter damnum Scandali. *Thom. Reina S. J. fer. 3. poſt Dom. 2. Quadrag.*

*Miſericordiæ officia.*

THESIS VI. *Miſericordiâ motus.* Luc. 10. v. 33. In Compaſſione ſunt quatuor: Pietas, Erogatio, Solicitudo, Protectio. I. Pietas voluntatis. II. Erogatio facultatis. III. Solicitudo neceſſitatis. IV. Protectio ab hoſte. *S. Bonav. in Pſ.* 118.

*Sacerdos malus*

THESIS VII. *Sacerdos quidam.* Luc. 10. v. 31. I. Terribilem rationem reddent vitioſi Sacerdotes. II.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et tremenda ipſos damnatio manet, *Paciuchelli in Jonam Lect.* 26. §. 12.

*Homicidium.* THESIS VIII. *Abierunt ſemivivo relicto.* Luc. 10. v. 30. Fit homicidium multis modis, manu, linguâ, conſenſu, præcepto, conſilio, neglectu. S. Bern. I. *Manu* fit, cùm quis alium actualiter vita privat. II. *Linguâ* fit duobus modis, ſcilicet præcipiendo, vel ſuggerendo, ut Judæi Chriſtũ occiderunt. III. *Conſenſu* duobus modis fit, vel dum mortem alterius deſideramus & cupimus, vel, ſi dum eum à morte liberare poſſumus, vitam ejus negligimus, id eſt, adjutorium non impendimus. *Hugo à S. Vict. lib. 1. de Sacram. part.* 12. *c.* 7.

*Peccatoris ruina.* THESIS IX. *Deſcendebat.* Luc. 10. v. 30. Etiam peccatores deſcendunt miſerè, nam I. Peccatores vadunt cogitando. II. Cadunt conſentiendo. III. Conteruntur operando. IV. Illaqueantur per conſuetudinem. V. Capiuntur in morte. *Hugo Card. ſup. Prov. c.* 28.

*Amor proximi.* THESIS. X. *Miſericordiâ motus.* Luc. 10. v. 33. I. Amare ſolùm *ex Inclinatione*, communis etiam be-

ſtijs

ſtijs amor eſt. II. Amare *cum Inclinatione*, communis hominum amor eſt. III. Amare *ſine Inclinatione*, amor Chriſtianorum eſt. IV. Amare *contra ſuam Inclinationem*, amor Sanctorum eſt. *Craſſet. in Conſid. fer. 6. poſt Dom. 12. Pent.*

THESIS XI. *Incidit in latrones.* Luc. 10. v. 30. Peccata ſunt hi latrones, quæ I. Auferunt animæ Deum. II. Merita bonorum Operum præteritorum. III. Jus ad Gloriam Cœleſtem. *Peccati damna.*

THESIS XII. *Curam ejus egit.* Luc. 10. v. 34. Tria debemus Afflictis, & ægris: I. Condolere, ſcilicet *Corde*. II. Conſolari, ſcilicet *Ore*. III. Adjuvare, ſcilicet *Opere*. *Opera Miſericordiæ.*

THESIS XIII. *Miſericordiâ motus.* Luc. 10. v. 33. Miſericordia Domini plena eſt terra, cœlum, & infernus. I. *Terra*, quæ eſt patria Miſeriarum, ubi Deus Idololatras, Machometanos, Hebræos, Hæreticos, malos Catholicos conſervat, nutrit, tolerat, & ad pœnitentiam vocat, & ſalutem. II. *Cœlum*: ubi Angeli, homines, & horum aliqui innocentes, alij pœnitentes; ubi- *Miſericordia Dei.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ubivis opus Miſericordiæ; Angeli à lapſu cum Lucifero ſervati; Innocentes vel brevi vitâ, vel ſingulari gratiâ muniti; Pœnitentes tempore & gratiâ pœnitendi donati. Omnes tam Angeli quàm homines ſupra condignum gloriâ ornati. III. *Infernus*. Quòd citra condignum damnatos puniat; quòd peccatoribus hìc vitam abbreviet, ne multiplicatis peccatis major ipſis pœna in Inferno accreſcat. Quæ omnia Dei Miſericordiæ adſcribenda.

*Sacerdos.* THESIS XIV. *Sacerdos quidam*, Luc. 10. v. 31. I. Sunt de Eccleſiaſticis, qui ſuos quidem redditus Beneficiorum probè ſciunt, verùm obligationem ſuam in iis expendendis, quâ conſcientia obſtringitur, ignorant, id quod maledictionem Dei eis adducit. II. Alij illorum ſunt, qui Beneficiorum redditus prorſus in commodum ſuum, vitæque delicias deſtinatos ſibi imaginantur, id quod eos facit malè iisdem uti. *Diction. Apoſt.*

*Bona Eccleſiaſtica.* THESIS XV. *Sacerdos quidam*, Luc. 10. v. 31. I. Beneficia à Fundatoribus inſtituta ſunt pro ijs, qui fervore ſuo Cultum Dei promoveant; jam ve-

tè conferuntur iis, qui minùs Religioni ſtudent. II. Fundata ſunt pro ijs Operarijs, qui ad tollenda vitia operam ſuam impendunt; utinam non ijs jam aſſignentur, qui ijs ad fovenda vitia abutuntur. III. Inſtituta ſunt eatenus, ut Eccleſiaſtici obſequia ſua proximo impendant: & planè ſæpè traduntur ijs, qui minùs capaces ſunt ea præſtandi. *Id. ibid.*

THESIS XVI. *Sacerdos quidam.* Luc. 10. v. 31. I. Nulla alia Bona tanta aviditate expetuntur, ſicut Bona Eccleſiaſtica, licèt eorum poſſeſſio non careat periculo. II. Nulli alij hominum indigniores ſunt Bonis Eccleſiaſticis, quàm qui ea maximè venantur. *Id.*

THESIS. XVII. *Sacerdos quidam.* Luc. 10. v. 31. I. Mala vita quorundam Sacerdotum nos morari non debet à capiendo fructu ex illorum inſtructione, quando inſtruunt ex *Cathedra Veritatis.* II. Neque à capiendo fructu Miſericordiæ, cujus diſpenſatores ſunt, quando occupant *Tribunal Pœnitentiæ.* III. Neque à capiendo fructu *Sacerdos malus.*

ex Sacrificijs, quando illud offerunt apud *Altare*. *Id.*

*Opera Miſericordiæ.* THESIS XVIII. *Miſericordia motus* Luc. 10. v. 33. Alia ſunt Miſericordiæ opera. I. Quæ debemus exhibere *Domeſticis* II. Alia, quæ præſtare debemus *Extraneis*. III. Alia, quæ impendere debemus Noſtris *Inimicis*. *Diction. Apoſtolic.*

# DOMINICA XIII. poſt PENTECOST.

*Gratitudo.* THESIS I. *Regreſſus eſt, cum magna voce magnificans Deum.* Luc. 17. v. 15. Quævis creatura muto ſilentio homini vociferatur: I. *Accipe* Beneficium. II. *Redde* Gratitudinis officium. III. *Fuge* Ingratitudinis vitium. *Via vien.*

*Ingratitudo.* THESIS II. *Non eſt inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo.* Luc. 17. v. 18. Quatuor cauſæ ſunt, ob quæ Beneficia parvi pendantur. I. Eorundem

dem

dem beneficiorum iterata Collatio. II. Abundantia beneficiorum. III. Communicatio cum alijs. IV. Et exigua horum Conſideratio.

THESIS III. *Non eſt inventus, qui rediret.* Luc. 17. v. 18. I. Qui beneficijs *non reſpondet*, in numero Ingratorum eſt. II. Qui beneficia *non æſtimat*, in numero Iniquorum eſt. III. Qui beneficia *non agnoſcit*, in numero Incorrigibilium eſt. IV. Qui beneficijs acceptis *pejor etiam fit*, in numero Leopardorum eſt. *Vide Lect. Brev. in feſto S. Ignat. M.*

THESIS IV. *Qui rediret, & daret gloriam Deo.* Luc. 17. v. 18. Beneficia NegativaDei, ô! quàm pauci agnoſcunt, & ſe Deo gratos ſiſtunt! Tribus ſiquidem modis (inquit S. Bernardus ſerm. 3. de fragmentis ſeptem panum) à peccato me memini conſervatum I. *Occaſionis Subtractione*; multa enim in peccata facilè cecidiſſem, ſi data eſſet occaſio; ſed, Dei miſeratione, non me talis opportunitas apprehendit. II. *Reſiſtendi data virtute*: in multa quoque peccata paulò minùs cecidiſſem, graviter impulſus violentia tentationis, ſed *Beneficia Negativa Dei.*

virtutem dedit Dominus Rex Virtutum, ut ſub me eſſet appetitus meus, & ei, quam ſentiebam, concupiſcentiæ minimè conſentirem. III. *Affectionis Sanitate:* Sed à quibusdam tam longè me fecit Miſeratio tua Domine, ut penitus abominarer ea, & ne ulla quidem eorum me tentatio moleſtaret. *S. Bern. loc. cit.*

*Confeſſio.* THESIS V. *Oſtendite vos Sacerdotibus.* Luc. 17. v. 14. Confeſſio quinque ſtupendas operatur mutationes. I. Mutat Peccatorem in pœnitentem. II. Mutat Peccatum in virtutem. III. Mutat Deum iratum in benignum. IV. Mutat Cœlum clauſum in apertum. V. Mutat Infernum in cœlum. *Thom. Reina Dom. 3. Quadrageſ.*

*Ingratus.* THESIS VI. *Novem ubi ſunt.* Luc. 17. v. 17. Ingratis beneficia tolluntur, & alijs conceduntur. *Paciuchelli in Jonam. tom. 1. lect. 3. fol. 55.*

THESIS VII. *Non eſt inventus, qui rediret.* Luc. 17. v. 18. Ecce triplicem gradum Ingratitudinis: I. Obliviſci. II. Reddere mala. III. Bene-

neficijs uti contra Benefactorem. *Groſſez in Diario Sanctor. 14. Octob.*

THESIS VIII. *Oſtendite vos Sacerdotibus.* Luc. 17. v. 14. Effectus Confeſſionis continentur hoc verſiculo: *Abluit, abſolvit, ſanat, corroborat, ornat*: I. Abluit culpam. II. Abſolvit à pœna æterna. III. Sanat animæ vulnera. IV. Corroborat eam per auxilia Gratiæ. V. Ornat habitu virtutum infuſarum. *Ludov. de Ponte. part. 1. Med. 32.* *Confeſſio.*

THESIS IX. *Qui rediret, & daret gloriam Deo.* Luc. 17. v. 18. Laudate & glorificate Deum; etiam creaturarum locò, quæ non cognoſcunt Deum: imò ſupplere defectum I. *Hominum*, qui non amant Deum. II. *Peccatorum*, qui eum inhonorant. III. *Damnatorum*, qui eum blaſphemant. IV. *Dæmonum*, qui maledicunt. *Craſſet. Conſid. Sabbath. poſt Dom. 13. Pent.* *Gloria Dei.*

THESIS X. *Non eſt inventus, qui rediret.* Luc. 17. v. 18. I. Ingratus eſt, qui beneficium accepiſſe ſe *Negat*. II. Ingratus, qui *Diſſimulat*. III. Ingratus, qui *non Reddit*. IV. Ingratiſſi- *Ingratus.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſimus omnium, qui beneficium *Oblitus eſt.* *Senec. lib. 3. de Benef. c. 1.*

THESIS XI. *Non eſt inventus, qui rediret.* Luc. 17 v. 18. I. Aliqui ex ingratis omnino *Cæci* ſunt, qui neque Beneficium, neque Benefactorem agnoſcunt. II. Alij eorum *Crudeles* ſunt, qui mortem Benefactoris vel procurant, vel optant. III. Quidam ex iis *Impij* ſunt, qui Beneficijs, quibus eos Deus cumulat, contra Deum utuntur, & in arma vertunt. *Diction. Apoſtolic.*

*Confeſſio.* THESIS XII. *Oſtendite vos Sacerdotibus.* De ijs, qui peccata Sacerdotibus occultant. *Vide ſuperiùs Dom. 3. Quadrageſ. Theſi 2.*

THESIS XIII. *Oſtendite vos Sacerdotibus.* Luc. 17. v. 14. I. Pœnitens debet ſe accuſare *absque excuſatione* malitiæ ſuæ. II. Debet ſe accuſare *absque accuſatione* proximi ſui. III. Debet ſe accuſare *absque deceptione* Judicis ſui.

THESIS XIV. *Oſtendite vos Sacerdotibus.* Luc. 17. v. 14. Confeſſio eſt neceſſaria I. Peccatori *Infirmo*, ut ſa-

ſanetur. II. Peccatori *Immundo* , ut mundetur. III. Peccatori *Reo*, ut juſtificetur. *La Selve Dom. 3. Quadrag.*

THESIS XV. *Oſtendite vos Sacerdotibus.* Luc. 17. v. 14. I. Debemus *Sacerdotes venerari* plus quàm terrenos Reges, plus quàm Angelos , tanquam Deos. II. *Sacerdotum verbis obtemperare*, cùm loquuntur, ut Paſtores; cùm loquuntur, ut Concionatores, cùm loquuntur, ut Judices. III. *Sacerdotum peccata tegere*: hoc docuit Deus in Veteri Teſtamento , hoc docuit Chriſtus in Novo, hoc docuit Conſtantinus in Eccleſiæ principio. *La Selve fer. 3. poſt Dom. 2. Quadrag.* — *Sacerdos.*

# DOMINIC. XIV. poſt PENTECOST.

THESIS I. *Quantò magìs vos modicæ fidei.* Matth. 6. v. 30. Dei Providentia conciliatur I. cum hominis libertate. II. Impij proſperitate. — *Providentia Dei.*

III. Juſti adverſitate. *Tertull. Prædic. Vivien.*

*Servire Deo.*

THESIS II. *Non poteſtis Deo ſervire, & Mammonæ.* Matth. 6. v. 24. I. Non poſſumus Deo ſervire, & Mundo eodem tempore. II. Et ſi hoc poſſemus, non deberemus facere P. Colombiere Tom. 3. ſerm. 58. Sunt enim, qui habent aliquid ſæculi, & aliquid Dei. S. Gregor. 1. Moral. 6. Inter impios pióſque medii S. Hilar. Tolle de medio, quid medium admittis. *S. Aug. contra quendam Hæreticum.*

*Servitus Dei, vel Mundi.*

THESIS III. *Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ.* Matth. 6. v. 24. Apud Deum ſervire regnare eſt; apud mundum regnare ſervire eſt. I. Apud Deum omnis Servus Rex eſt. II. Apud Mundum omnis Rex Servus eſt. Ignoras fili, Regnum noſtrum quandam nobilem, auream, & honorificam ſervitutem? Dixit Antigonus Rex Macedoniæ ad Filium ſuum licentiæ majoris, cùm princeps eſſet, appetentem.

*Servitus Dei.*

THESIS. IV. *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire.* Matth. 6. v. 24. I. Aliqui ſerviunt Deo ad evitandum In-

Infernum, & hi ſerviunt *ex Timore*. II. Aliqui ſerviunt Deo ad obtinendum Cœlum, & hi ſerviunt *ex Spe*. III. Aliqui ſerviunt gratis, absque ullo ſuo emolumento, & hi ſerviunt *ex Amore*.

THESIS V. *Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ*, Matth. 6. v. 24. I. Luxus, quem homines adhibent *in Conviviis*, manifeſtat, eorum vitam eſſe non niſi animalem. II. Luxus, quem fæminæ oſtentant *in Veſtibus*, declarat, eas Idolorum inſtar velle adorari. III. Luxus, quem uterque ſexus præfert in ſtruendis *Ædificiis*, arguit, quòd Paradiſum ſibi in terris conſtituere velit. *Di. ſtion. Apoſt.* — *Servitus Mundi.* *Luxus.*

THESIS VI. *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire*. Matth. 6. v. 24. I. Bonus Servus ille eſt, qui invigilat ita Bonis Heri ſui, & quidem majori fidelitate, quàm ſi eorum foret hæres. II. Bonus Servus ille eſt, qui ita Familiæ Secreta tenet, ut ea, licèt malè tractetur à Domino, non prodat. III. *Beatus ille ſervus*. Luc. 12. v. 43. Bonus ſervus eſt ille, qui ita charitatem obſervat cum alijs conſervis ſuis, ut eo- — *Servus bonus.*

rum infidelitati, ſi quæ foret, non communicet. *Diction. Apoſtolic.*

THESIS VII. *Unum odio habebit, & alterum diliget.* Matth. 6. v. 24. Ita fiet, ut diligant Servi Dominum, I. Si Dominus zelat pro ſalute Servorum ſuorum, & curam gerit. II. Fiet, ut æſtiment Dominum, ſi Dominus ſit ipſe Paſſionum & Affectuum ſuorum, & miſericorditer puniat.

*Officium Dominorum.*

THESIS VIII. *Unum odio habebit, & alterum diliget.* Matth. 6. v. 24. I. Domini *obligant* Servos ſuos, ut ipſis *Fideles* ſint, quando ipſi fideles Deo ſunt. II. Faciunt ſe *æſtimari*, quando paſſiones ſuas coërcent, nec dominari ſinunt. III. Faciunt ſe *amari* à Servis ſuis, quando ægris curam & ſolicitudinem impendunt, eósque fovent. *Diction. Apoſt.*

THESIS IX. *Alterum diliget.* Matth. 6. v. 24. I. Diligitur Dominus, qui Saluti Servorum ſuorum ſtudet. II. Diligitur Dominus, qui liberaliter obſequia Servorum ſuorum remuneratur. III. Diligitur Dominus, qui etiam, dum punit infidelitatem, cle-

clementiæ non obliviſcitur. *Diction. apoſt.*

THESIS X. *Reſpicite volatilia cœli.* Matth. 6. v. 26. Interroga jumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi, & narrabunt piſces maris Job. 12. v. 7. Sed quid docebunt te? quid indicabunt tibi? quid narrabunt? nempe Providentiam Dei, qui ea nutrit, & conſervat. *Vide Pacuchelli in Jonam. tom. 3. Lect. 57. Sect. 6. n. 23.* *Providentia.*

THESIS XI. *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire.* Matth. 6. v. 24. Intellige ſibi contrarijs, & diverſa jubentibus; Hinc non ſolùm duobus, ſed etiam tribus ſervire poſſumus: Sic oportet *Deo* ſervire, *Conſcientiæ* ſuæ obſequi, & *Hominibus* morem gerere. *Groſſez in Diario Sanctorum. 11. May.* *Servitus.*

THESIS XII. *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire.* Matth. 6. v. 24. I. Mundo ſervire Servitium *Turpiſſimum*, quia non fit ſine perfidia erga Deum. II. Servitium *Crudele*, quod cernere eſt in Filio prodigo. III. Servitium malè *Compenſatum*, quia meris pro- *Mundi Servitiū.*

promiſſis, vel falsâ monetâ ſolvit. P. *Chappuis S. J. Medit. 9. Nov,*

# DOMINICA XV. poſt PENTECOST.

*Peccatū.* THESIS I. *Ecce defunctus.* Luc. 7. v. 12. Peccatum tres tollit vitas, I. Corporalem. II. Spiritualem. III. Æternam. *Vieira part.* 1. *fol.* 238.

*Mors triplex.* THESIS II. *Ecce defunctus.* Luc. 7. v. 12. Sciendum, triplex eſſe genus Mortis. I. Mortem *Malam,* quando Anima moritur Deo & Gratiæ per peccatum Mortale. II. Mortem *Bonam,* quando homo peccatis moritur per pœnitentiam. III. Mortem *Indifferentem,* id eſt, nec bonam, nec malam, & hæc eſt mors naturalis. *S. Ambroſ. in Luc.*

*Unum.* THESIS III. *Filius unicus.* Luc. 7. v. 12. Ipſum ſolum habet Mater ſua. Gen. 44. v. 20. S. Thereſia ſinis Mo-

Monialibus ſpecialiſſimè commendavit, &, ut continuò in earum mentibus verſaretur, præcepit, nimirum: I. Unicam eſſe Animam. II. Unicam eſſe Vitam. III. Unicam eſſe Gloriam.

THESIS IV. *Defunctus efferebatur filius.* Luc. 7. v. 12. Mors filij hujus inter geminas vitas media eſt; Una illam præcedit, & altera eam ſequitur. I. Mors, quæ conſequitur vitam ejusmodi naturæ, ut eam contemnamus, incitat. II. Vita tam mirabilis poſt mortem, ut contemnamus mortem, facit. Primum quidem, quia Lucrum eſt evaſiſſe incrementa peccati, lucrum effugiſſe deteriora, & ad meliora tranſiſſe. *Ambroſ. lib. de bona morte.* Alterum verò: Hi autem, qui portabant, ſteterunt; non igitur te Mortis nomen offendat, ſed boni tranſitûs Bona delectent. *Ambroſ. hic.* *Mors melior vitâ.*

THESIS V. *Dedit illum Matri ſuæ.* Luc. 7. v. 15. Chriſtus non ſolùm conſolator Viduarum eſt, quod verba indicant: Noli flere; verùm etiam I. Illarum *Sponſus*, ſeu Maritus, dando viduæ huic Filium; Dedit illum Matri. II. Illarum *Filius*, dedit illum Matri *Vidua.*

*ſuæ,*

*ſuæ*, non dixit Matri ipſius, quaſi viduam, ut filius, amaret. III. Pupilli, ſeu potiùs Orphani, etiam *Pater* eſt, dando ipſi vitam. *Durand. Doct. Theol.*

*Mors.* THESIS VI. *Ecce defunctus.* Luc. 7. v. 12. I. Qui in Peccatis ſunt, etſi vivunt, mortui ſunt. II. Qui verò in Juſtitia ſunt, etſi mortui ſunt, vivunt: nec meus hic ſermo, ſententia eſt Chriſti Marthæ dicentis: *Omnis, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet.* Non enim fabulæ ſunt dogmata noſtra. *S. Chryſoſt. hom. 5. ad Popul.*

*Reſuſcitatio.* THESIS VII. *Adoleſcens tibi dico, ſurge.* Luc. 7. v. 14. Mortui tres à Chriſto reſuſcitati. I. Puella domi. II. Adoleſcens in feretro. III. Lazarus in ſepulchro. Repræſentant tria genera mortuorum ſpiritualiter. *Lobbetius tom. 2. pag.* 133.

*Quotidie morimur.* THESIS VIII. *Ecce defunctus efferebatur.* Luc. 7. v. 12. Quatuor Elementa nos quotidie efferunt ad Sepulchrum. Vide Breviar. fer. 5. hebd. 4. in Quadrag. Imò quodlibet momentum vitæ noſtræ eſt Articulus Mortis, vel

vel ut adagium Hiſpanicum : *Cada Sol repetido es un Cometa.* Hoc eſt : quilibet Sol exoriens Cometa nobis eſt. *Vide Juglar. in Quadrageſ. Conc 26.*

THESIS IX. *Defunctus efferebatur.* Luc. 7. v. 12. Ceremoniæ funebres, ſeu Sepultura Chriſtianorum. I. Ante deductionem. II. In deductione. III. Poſt deductionem funeris. *Faber. Dom. 23. poſt Pent. Conc. 7. item Vieira part. 2. fol. 238.* *Exequiæ.*

THESIS X. *Tibi dico, ſurge.* Luc. 7. v. 14. Suſcitatio à mortuis I. Ab Ethnicis agnita. II. à Judæis conteſtata. III. à quibusdam Chriſtianis, vel potiùs Epicuri aſſeclis negata. *Vide Bodler. Dom. Reſurrectionis.* *Suſcitatio à mortuis.*

THESIS XI. *Dixit illi: Noli flere.* Luc. 7. v. 13. I. Nulla res magis ardua, quàm conſolari eos, qui non niſi *Humana* ſolatia admittunt. II. Nulla res expedita magìs, quàm conſolari eos, qui non niſi ſolatia *Divina* expoſcunt. *Diction. Apoſt. Verbo Conſol.* *Conſolatio.*

DO-

# DOMINIC. XVI. poſt PENTECOST.

*Ægritudo.* THESIS I. *Hydropicus erat ante illum.* Luc. 14. v. 2. I. Ægrota Anima ſæpe ſanatur per morbum corporis. II. Sana & valens Anima ſæpè è corpore ſano morbum contrahit. *Don Florent. Schilling Conc. p. 1.*

*Morbus.* THESIS II. *Homo quidam hydropicus erat.* Luc. 14. v. 2. Ægrotus tria Sacrificia in ſe Deo offerat; quibus reparet læſionem triumDivinarumPerſonarum peccatis factam. I. *Sacrificium ſui Corporis* Juſtitiæ irritatæ, quo Juſtitiam Divinam ſuis doloribus placet. *Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei.* Mich. 7. v. 9. Mitigat vim doloris conſideratio æquitatis ferientis, S. Aug. II. *Sacrificium Spiritûs*, ſeu *Animæ* Divinæ Voluntati, quo eandem ſubmiſſione ſua honoret. *Non eſt, qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati.* Eſth. 13. v. 9. Rectum dicitur cor hominis illius, qui

qui omnia, quæ vult Deus , ipſe vult. S. Aug. in Pſ. 100. III. *Sacrificium Vitæ* ſupremo ſuo Dominio, quod per mortem ſuam profitetur. *Juſtum eſt ſubditum eſſe Deo.* 2. Mach. 9. v. 12. Moriamur, ne moriamur, lethalem vitam vitali morte tegamus, S. Paulin. lib. Carm. 12. Job in ſuo fimeto ægrotus, ut Tertullianus loquitur, parturiebat æternitatem. *Nicolaus Dijon Capuc. Dom. 18. poſt Pent.*

THESIS III. *Homo quidam hydropicus.* Luc. 14. v. 2. Morbus res eſt I. Hominibus abjectis *Formidabilis.* II. Hominibus generoſis *Contemptibilis.* III. Hominibus Chriſtianis *Deſiderabilis. Craſſet in Conſid. Fer. 6. poſt Dom. Sexageſimæ.*

*Cura nimia valetudinis,*

THESIS IV. *Si licet Sabbato curare?* Luc. 14. v. 3. Multi nimiùm ſanitati ſtudent. I. Eam procurando etiam *Sumptibus*, qui detrahunt gloriæ Dei. II. Etiam *Medijs*, quæ obnoxia ſunt ædificationi Proximi. III. Denique *Modis* adverſantibus Ordini Communitatis, quam delicata hac vivendi methodo, & ſingulari valetudinis ſuæ ſtudio turbant. *Id ibid.*

P THE-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Cognitio Dei.*

THESIS V. *Ipſi obſervabant eum.* Luc. 14. v. 1. I. Cognoſcere Deum, & non cognoſcere ſuam propriam miſeriam, & nihilum, parit *Præſumptionem* II. Cognoſcere ſuam miſeriam, & non cognoſcere Deum tendit ad *Deſperationem.* III. Obſervare & cognoſcere Abyſſum Divinæ Miſericordiæ excitat *Spem*, & procreat *Gaudium* Sanctorum.

*Obſervatio.*

THESIS VI. *Et ipſi obſervabant eum.* Luc. 14. v. 1. Bona & mala obſervatio, prout quis deſtinat in corde ſuo. I. Obſervârunt ejus *Vitam.* II. Obſervârunt ejus *Doctrinam.* III. Obſervârunt ejus *Miracula.*

*Humiliatio.*

THESIS. VII. *Qui ſe exaltat, humiliabitur.* Luc. 14. v. 11. Phariſæi ſe ſe extulerunt in ſua *Doctrina*, in ſua *Religione*, in ſua *Dignitate*, in omnibus his Chriſtus eos humiliavit. I. In *Doctrina*, eos interrogando: Si licet Sabbato curare? at illi tacuerunt, velut ignorantes rem tam facilem. II. In *Religione*, objiciendo iis, quòd in Sabbato aſinum vel bovem in puteum cadentem extrahant, quod utiqueplus eſt quàm verbis curare hydropicum. O-

ſten-

ſtendit ergo, quòd ipſi violent Sabbatum magis. III. In *Dignitate*, eos de primo loco rejiciendo: Vade, recumbe in noviſſimo loco, quibus verbis arguit illos ſuperbiæ. *Durand. part. 2. Character Sanctorum, hic.*

# DOMINIC. XVII. poſt PENTECOST.

THESIS I. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. Humanum amorem meritò ſibi vendicat Deus I. Ut *Principium cordis*: Nam Cor hominis eſt Divino amori conſecratum à Natura, à Gratia, à Similitudine Dei impreſſa. II. Ut *Centrum cordis*, nam cor hominis Deo unitum habet à ſuo Centro perfectionem, immobilitatem, ſatietatem. III. Ut *Magnes cordis*: nam Magnes cordis Deus eſt, quod ad ſe trahit per munificam Creaturarum largitionem, humilem Verbi Incarnationem, copioſam Sanguinis Chriſti ef- Cer,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fuſionem. *Michaël Vivien in Tertull. Prædic. Verbo Amor.*

*Amor Dei.* THESIS II. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. I. Deus diligi debet *Integrè, ſine diviſione*: nam amoris unitatem meretur ut Deus, ut Redemptor, ut Sponſus. II. *Conſtanter, ſine ceſſatione*: nam amor noſter, ut amoris beatifici æmuletur perpetuitatem, debet eſſe ex bono, ad bonum, propter bonum. III. *Perfectè*, & *ſine tepiditate*: nam Dei amor ut ſit perfectus, debet eſſe ſummus appretiativè, comparativè, terminativè. *Idem. Ibid.*

*Amor Dei.* THESIS III. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. I. Deus diligendus eſt *per Odium Peccati*: nam Deus peccatum averſatur, peccatum Deum aggreditur, per peccatum Chriſtus crucifigitur. II. *Per Odium Mundi*: quem odiſſe debemus, quia in maligno poſitus, Deo exoſus, homini noxius. III. *Per Odium Sui*: quia per odium noſtrum Deum amamus, noſmet ipſos diligimus, vitam immortalem nobis comparamus. *Id. ibid.*

THESIS IV. *Diliges Dominum Deum*

*Deum tuum.* Tria ſunt Divini amoris ſigna. I. Peccati fuga. II. Frequens de Deo Cogitatio, & Locutio. III. Mandatorum Dei exacta Obſervatio. *Id. ibid.*

THESIS V. *Diliges Proximum tuum.* Matth. 22. v. 39. Amor Proximi eſt I. inſeparabilis ab Amore Dei. II. Signum, & Nota Amoris Dei. III. Menſura Amoris Dei. *Id. ibid. item vide ſuperiùs Dom. 12. poſt Pent. Theſ.* 2. *Amor Proximi.*

THESIS VI. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. Amor Dei non conſiſtit in ſenſibili affectu, neque in effuſione lacrimarum, neque in gemitu, & ſuſpirijs: at verò I. In frequenti Memoria de ipſo. II. In deſtinatione omnium Actionum ad ipſum. III. In obſervatione Præceptorum ipſius. IV. In obſervatione etiam Voluntatis Dei & Conſiliorum. V. In Separatione à Creaturis. VI. In donatione perfecta Cordis ſui. VII. In Imitatione Chriſti, tám quæ fecit, quàm ea, quæ paſſus eſt. *P. Craſſet. Solitud. Die. 10. Med. 1.* *Amor Dei in quo?*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Amor Dei. THESIS VII. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. Perfectio, & Beatitudo noſtra in cœlo eſſentialiter conſiſtit in Viſione Dei; ſed ſuper terram conſiſtit in Amore: propterea Deus nos obligat ad Amorem ſuum omnibus vijs: I. *Præcepto*: Diliges Dominum &c. Quid mihi es, miſerere ut loquar; Quid tibi ſum ego, ut amari te jubeas? *S. Aug.* II. *Bonis*: Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum Unigenitum daret, & cum eo omnia. III. *Promiſſionibus*: Et ſi parva ſunt iſta, adjiciet multò majora. IV. *Minis*: Qui non manet in charitate, in Deo non manet &c. V. *Vi*: Propterea Patrem, Matrem, Uxorem, Liberos, Bona, & quæcunque amâſti, ſubtraxit, ut amorem in ipſum converteres. VI. *Philtro*: Amoris poculo in Altari è proprio Sanguine compoſito. *P. Le Jeune Ex Orator.*

Amor Dei qualis? THESIS VIII. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. Ter interrogatus eſt Petrus, Amas me? Amas me? Amas me? ſed & fortè hæc ſunt, de quibus in Lege præcipitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex*

ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, id eſt, diliges *Dulciter*, ſive affectuosè, diliges *Prudenter*, diliges *Fortiter*. S. Bern. *Serm. de Diligendo Deo.* I. Quidam enim diligunt Deum *Suaviter*, quibus ſcilicet ſuavis eſt recordatio, & memoria de Deo, ſed nondum diligunt *Sapienter* (diligebant dulciter, ſed minùs prudenter, inquit Bernardus, *ſerm.* 4. *in Cant.* de Apoſtolis ante Aſcenſionem Chriſti loquens) II. Sunt tamen, qui diligunt *Sapienter*, quia non diligunt propter ſe, ſed propter Bona, quæ dat eis, ſed nondum *Fortiter*, id eſt, nondum uſque ad tollendam crucem, & ſequi JESUM. *Petrus Bleſſ. ſerm.* 23. *de S. Magdal.*

THESIS IX. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Matth. 22. v. 37. Tria genera Chriſtianorum invenies; Sunt Chriſtiani ſecundùm quid; Sunt Semi-Chriſtiani, ſunt Perfecti Chriſtiani. I. *Chriſtiani ſecundùm quid*, quos Germanicô vocabulô rectè dixeris: Viertl Chriſten / ſunt illi, qui ſubinde aliquid boni præſtant. II. Semi-Chriſtiani, Germanicè Halbe Chriſten/ ſunt illi, qui uſque ad perfe- *Chriſtiani.*

cutionem Chriſto adhærent, & tempore tentationis recedunt. III. Perfecti ac *integrè Chriſtiani*, Germanicè, Gantze Chriſten/ ſunt, qui etiam in adverſitate Chriſtum ſequuntur, & apud ipſum permanent tempore tribulationis. Qui ſunt de primâ Claſſe, tantùm diligunt Deum una parte cordis; qui de Secundâ, tantùm medio corde diligunt; qui de Tertiâ, toto corde diligunt.

*Signa Amoris Dei.*

THESIS. X. *Ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & tota virtute tua.* Matth. 22. v. 37. Non abduci blanditijs, nec ſeduci fallacijs, nec injurijs frangi, toto corde, tota anima, tota virtute diligere eſt. *S. Bern. ſerm.* 4. *in Cantic.* Id eſt, nec *Blanditijs*, nec *Promiſſis*, nec *Minis* à Deo retrahi poſſe ſignum Veri Amoris eſt.

THESIS XI. *Diliges Dominum Deum.* Matth. 22. v. 37. I. Oportet profiteri publicè Amorem Dei, ut totus mundus nobis teſtis ſit. II. Oportet diu noctúque à Deo petere perfectum amorem, & incrementum illius. III. Oportet conferre ſæpius ſuum Amorem erga Deum cum Amore Sæcularium, & conſiderare, quid agant, faciánt-

ciántque in Amore Mundi. *Amare Deum donum Dei eſt*, inquit Concilium Aurel.

THESIS XII. *Diliges Dominum Deum.* Matth. 22. v. 37. Amor triplex eſt. I. *Servilis.* II. *Mercenarius.* III. *Filialis.* *S. Bern. ep. 11. circa Med.* Primus ex timore, Secundus ex amore proprio, tertius ex corde puro proficiſcitur. *Amor triplex Dei.*

THESIS XIII. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. Magnum diſcrimen intercedit inter Amorem Dei, & Amorem Creaturarum, quod ſex modis, ſeu rebus ſe prodit, quorum tres ex parte Amantis, duo ex parte Amati, unus ex utraque parte tam Amantis, quàm Amati ſe tenet. I. *Ex parte Amantis:* qui Creaturam amat, felicitatem veram, animíque quietem non obtinet, in quibus finis, ad quem creatus eſt, conſiſtit; Secundò, multos, graviſſimóſque in ſe labores ſuſcipit, & exantlat, quorum Dilectus, quia ignarus eſt, nullam ei obligationem habet: Tertiò, quòd Dilecto ſuum amorem ante oculos, ut in ſe eſt, ponere non poſſit, ut qualis revera ſit, certitudi- *Diſcrimen Amoris profani & Divini.*

nem habeat, quia verba & facta, quibus manifeſtat eum, tantùm ſigna ſunt, ex ſe fallibilia. II. *Ex parte Amati*: eò quòd fieri poſſit, ut ipſe te non redamet, quocunque in eum tu amore feraris, quin etiam contemnat, téque irrideat. Secundò, ſit ita, quòd in amore tibi reſpondeat; de conſtantia amoris certus eſſe non vales, & hinc neque eſſe quietus. III. *Ex parte utriusque* tam Amantis, quàm Amati, propter abſentiam unius partis ſæpe inevitabilem, quæ conjunctionem, quam amor intendit, impedit non ſine moleſtia, mors autem prorſus tollit. Horum omnium nihil in Amore Dei timendum eſt. *Joan. Bapt. Saint Jure in agnitione & amore Chriſti l. 1. c.* 16.

*Amor proximi.*

THESIS XIV. *Diliges proximum tuum.* Matth. 22. v. 39. Id quod fieri debet I. Ordinatè. II. Sanctè. III. Gratìs. IV. Indifferenter. *Vide Math. Faber Feſto SS. Simon. & Judæ. Conc. 1.*

*Charitas.*

THESIS XV. *Diliges.* Matth. 22. v. 37. Quadruplex eſt Charitas: I. *Incipiens*, quæ naſcitur. II. *Proficiens*, quæ nutritur. III. *Perfecta*, quæ

roboratur. IV. *Perfectiſſima* quæ mortem deſiderat. *Hugo Card. in c. 24. Matth.*

THESIS XVI. *Diliges Dominum Deum.* Matth. 22. v. 37. Charitas Dei eſt I. *In Incipientibus* ſtudium à peccato recedendi. II. *In Proficientibus* ſtudium in bono proficiendi. III. *In Perfectis* verò deſiderium Deo ſemper inhærendi. *Dionyſ. Carthuſ. de Perfect. Charit. art. 6.*

THESIS XVII. *Diliges Dominum Deum.* Matth. 22. v. 37. I. Dilectio eſt magna voluntas Deo ſerviendi. II. Dulcis affectus Deo placendi. III. Ferventiſſimum Deſiderium Deo fruendi. *S. Albertus M. de adhærendo Deo c. 11. & 12.*

THESIS XVIII. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. De Dilectione Conditoris Lingua, Mens, & vita requiruntur. S. Gregor. I. *Lingua,* Si enim Deum amas, ſemper in ore Deus, & lingua de eo loquitur. II. *Mens,* ſi Deum amas, mens de eo cogitat inceſſanter. III. *Vita,* ſi Deum diligis, nihil agis niſi propter ipſum. *Unde*

*Probatio Amoris.*

*dique circumdor amore, & neſcio, quid ſit amor.* S. Aug.

*Præceptũ Amoris.*

THESIS XIX. *Mandatum magnum in Lege.* Matth. 22. v. 36. Deus *Meretur* amari, *Deſiderat* amari, *Præcipit*, ut eum amemus, *Præmiatur* noſtrum amorem, *Minatur*, ſi non amamus. *Craſſet. in Conſid.*

*Amor appretiativus.*

THESIS XX. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde.* Diligis me plus his? interrogat Chriſtus Petrum; hoc eſt, juxta Sanctum Bernardum, I. Diligis me plùs quàm *Tua*? II. Plùs quàm *Tuos*? Plùs quàm *Te*? *ſerm. 76. in Cantic.*

*Incrementum Amoris.*

THESIS XXI. *Diliges Dominum Deum.* Matth. 22. v. 37. I. Qui amat, *It* ad Cœlum. II. Qui plùs amat, *Currit* ad Cœlum. III. Qui maximè amat, *Volat* ad Cœlum. Nam juxta S. Aug. *in Pſ. 39.* amare *ire* eſt. Iterum: Ipſe amor *curſus* eſt. *Id ibid.* Iterum: Amando *volatis* ad Chriſtum, *Id. in Pſ. 103.*

*Deus ſemper amandus.*

THESIS XXII. *Diliges Dominum Deum tuum.* Matth. 22. v. 37. I. Deus diligendus, quando ſe abſcondit, &

& quando ſe oſtentat. II. Deus diligendus, quando nos cruciat, & quando nos conſolatur. III. Deus diligendus, quando nos punit, & quando nos remuneratur. *Diction. Apoſtolic.*

THESIS XXIII. *Diliges Proximum tuum.* Matth. 22. v. 39. I. Debemus æquè apud Deum, quàm apud homines ipſi Patrocinari. II. Debemus tam in Spiritualibus, quàm Corporalibus ejus Neceſſitatibus ipſum Conſolari. III. Debemus ipſum tam ad virtutes, quàm contra vitia Exhortari, atque ſic *Advocati, Conſolatoris,* & *Exhortatoris* munus erga ipſum exercere. *Ibid.* *Operæ Charitatis.*

THESIS XXIV. *Diliges Proximum tuum.* Matth. 22. v. 39. I. Amor Proximi exigit, ut libenti animo ei ſuccurramus. II. Amor Proximi exigit, ut magno ſtudio eum corrigamus. III. Amor Proximi exigit, ut ne ipſum ſcandalizemus. *Diction. Apoſt.* *Officia Amoris.*

THESIS XXV. *Diliges Proximum tuum.* Matth. 22. v. 39. Tribus modis frigeſcit Amor. I. Abſentiâ Amati. II. Beneficiorum ceſſatione. *Amoris extinctio.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne. III. Illatione injuriæ. At vero *Amor, qui deſinere poteſt, nunquam verus fuit.*

*Lex.* THESIS XXVI. *Unus eſt Legiſlator.* Jacobi 4. v. 12. I. Lex Dei debet nos reformare, & nos volumus eam reformare per indulgentias & privilegia. II. Lex Dei nobis debet eſſe utilis, & nos reddimus inutilem variis & malis traditionibus. III. Lex Dei debet eſſe noſtra Regula in omnibus, & nos ſequimur eam non in omnibus, ſed tantùm dimidiatè. *Diction. Apoſt.*

# DOMINIC XVIII. poſt PENTECOST.

*Cauſa morbi.* THESIS I. *Offerebant ei Paralyticum jacentem in lecto.* Matth. 9. v. 2. I. *Peccata* animæ cauſant morbum corporis, id quod videre eſt in hoc Paralytico peccatore. II. *Morbi* corporis cauſant converſionem animæ; quod idem palàm eſt in Paralytico, qui ſi ægrotus non fuiſſet, neque liberâ

peccatis ſuis, quæ Chriſtus remiſit. III. *Converſio animæ* producit, & trahit poſt ſe ſanitatem corporis, uti videre eſt in Paralytico qui niſi priùs à peccatis, non fuiſſet à morbo abſolutus. *Durand. in Charactere. hìc.*

THESIS II. *Confide fili.* Matth. 9. v. 2. Spes noſtra ponenda eſt I. In Patris pietate. II. In Filij Charitate. III. In Spiritûs Sancti Liberalitate. *Vivien in Tertulliano, verbo Spes.* *Spes.*

THESIS III. *Confide.* Matth. 9. v. 2. Confidere debent peccatores in Auxilio Eccleſiæ Triumphantis, ubi habent I. *Mediatorem* benigniſſimum *Patrocinantem*, nempe Chriſtum. II. *Matrem* benigniſſimam *Auxiliantem*, nempe MARIAM. III. *Cœtum* Fidelium *Orantem*, nempe Sanctos. *Id. ibid.*

THESIS IV. *Ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris.* Matth. 9. v. 4. I. Abominatio Domini cogitationes malæ. II. Quæ cogitatio mala, & quinam eapropter damnari? III. Quid in ijs agendum? *Engelgrave in hac Dom.* *Cogitatio, mala.*

THESIS V. *Dimittuntur tibi peccata* *Peccatũ.*

*catatua.* Matth. 9. v. 5. Sic unum, quomodo omnia peccata ſunt vitanda. *Vide Paciuchelli in Jonam lect.* 53. §. 9.

THESIS VI. *Confide.* Matth. 9. v. 2. I. Noſſe Deum, & non noſſe propriam ſuam Miſeriam, ducit ad *Præſumptionem.* II. Noſſe ſuam Miſeriam, & non noſſe Deum, ducit ad *Deſperationem.* III. Noſſe abyſſum Miſeriæ ſuæ, & abyſſum Miſericordiæ Dei, excitat *Spem*, & *Gaudium* Sanctorum.

*Fides.* THESIS VII. *Videns JESUS fidem illorum.* Matth. 9. v. 2. I. Fides multorum eſt tantùm *Fides Animalis*, quia non nititur niſi teſtimonio ſenſuum. II. *Fides Humana*, quia tantùm fundata in lumine Rationis. III. *Fides Mortua*, quia non animata Spiritu Charitatis, *Cadaver Fidei*, uti illam Chryſoſtomus appellat reſpectu Fidei primorum Chriſtianorum. *Gal.* 5. *v.* 6. *Nicol. de Dijon. Capuc.*

THESIS VIII. *Offerebant ei Paralyticum.* Matth. 9. v. 2. *Vide ſuperiùs Dom.* 16. *poſt Pent. Theſ.* 3. *&* 4.

THE-

THESIS IX. *Paralyticum jacentem in lecto.* Matth. 9. v. 2. Acedia Paralyſis eſt animæ peccaminoſæ. I. Hæc paralyſis originem trahit ab amore proprio abhorrente ab omni eo, quod difficile vel laborioſum accidit. II. Peccator paralyticus eſt otioſus, qui curam & negotium Salutis ſuæ in alio reponit, non ipſe tractat. *Diction. Apoſt.* *Acedia.*

THESIS X. *Offerebant ei Paralyticum.* Matth. 9. v. 2. Acedia Paralyſis animæ I. Reddit nobis difficile & arduum exercitium Virtutum. II. Facit, ut conſeneſcamus cum Vitiis. III. Cauſa eſt, ut perdamus occaſiones, quibus noſtra Salus annexa eſt.

THESIS XI. *Remittuntur tibi peccata tua.* Matth. 9. v. 2. I. Debemus Timere de peccatis, quæ nos non commiſimus, ne ſcilicet, ut homines ſicut alij, ea committamus. II. Debemus Timere de peccatis, quæ nobis remiſſa ſunt, ne ea repetamus, exinde graviora. III. Debemus Timere de peccatis, quibus nos occaſionem præbuimus, ne nobis imputentur. *Dict. Apoſt.* *Timor peccati.*

Q THE-

*Gratia.* THESIS XII. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Matth. 9. v. 2. I. Timeas pro *Accepta Gratia.* II. Amplius pro *Amiſſa.* III. Longè plùs pro *Gratia Recuperata.* *S. Bern.*

# DOMINICA XIX. poſt PENTECOST.

*Inferni pœna.* THESIS I. *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Matth. 22. v. 13. I. Inferni pœnæ *Ponderantur*: ex Inferni profunditate, gehennæ incomprehenſibilitate, ſuppliciorum intolerabilitate II. *Numerantur*: ex parte Dei vindicantis, hominis peccantis, ignis cruciantis. III. *Menſurantur*: utpote commenſuratæ Divinæ Majeſtati, peccatoris qualitati, criminis gravitati. *Vivien in Tertull. Prædic.*

*Inferni pœna.* THESIS II. *Ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Matth. 22 v. 13. Inferni pœnæ in acerbitate ſuperant I. Omnia, quæ paſſi ſunt Mortales ſupplicia, ſuperant enim dolores, quos ſuſtinuerunt ho-

homines ex naturæ Infirmitate; quos paſſi ſunt Martyres ex Tyrannorum Crudelitate; ſupplicia, quæ toleraverunt peccatores ex Dei Severitate. II. Cuncta, quæ ſuſtinuit Chriſtus tormenta: Cruciatus enim Inferni Chriſti dolores longè ſuperant, quia Chriſtus volens, Damnatus coactus patitur; Chriſtus conſolationem ab Angelo accepit, Damnatus absque conſolatione patitur: Chriſtus ab hominibus, Damnatus à dæmonibus patitur. III. Neque concipi poſſunt niſi ex oppoſitione ad Beatorum prœmia: Nam in cœlo ſunt cuncta univerſaliter bona, in Inferno cuncta univerſaliter mala; in cœlo pura bona, in Inferno pura mala; in cœlo perpetua bona, in Inferno perpetua mala. *Ibid.*

THESIS III. *Homini Regi.* Matth. 22. v. 2. I. Reges debent eſſe *homines*, II. Non homines *Reges*. Id eſt, Reges debent recordari, ſe quoque eſſe homines, atque hinc ſe manſuetos & indulgentes præbere, & non exuere hominem, dum Regem induunt, ſuperbè ac ferociter dominando. *Didac. Niſſen. hic Perioch. 3.* *Rex ſit homo.*

*Verus Rex.* THESIS IV. *Homini Regi.* Matth. 22. v. 2. Ille verus Rex eſt; I. Qui oſtendit mereri ſe Authoritatem ſuper alios, Authoritate, quam tenet ſuper ſemetipſum. II. Qui utitur Authoritate ſua ad oſtendendam populo Authoritatem Dei. III. Qui exercet Authoritatem ad minuendam, vel tollendam Authoritatem Diabolo. *Diction. Apoſt.*

*Veſtis duplex.* THESIS V. *Non habens veſtem Nuptialem.* Matth. 22. v. 12. Diſcrimen inter veſtem Electorum, & Reproborum eſt; I. Veſtis Impiorum eſt *Peregrina*, ob novitatem & luxum. Sophon. I. *Fœtida* in mala opinione, talis erat leproſa flammis dari juſſa. Levit. 13. *Sanguinolenta* in proximorum oppreſſione. Iſai. 9. II. Econtra Veſtis Bonorum eſt *Duplex*, veſtiti ſunt duplicibus, intus virtutibus, extra bonis moribus. *Fragrans*, ob exemplum, & famam bonæ vitæ. *Diſcolor* varietate virtutum. *Ezech. 16. v. 16. Vide Lobbetium in hac Dom.*

*Communio.* THESIS VI. *Venite ad Nuptias, illi autem neglexerunt.* Matth. 22. v. 4. Raræ Communionis frivolæ excu-

cuſationes ſunt maximè tres: I. *Non ſum dignus* toties accedendi ad Sacram Euchariſtiam; cui Reſpondetur, ergo nunquam tibi accedendum ſemper indigno; ſi peccata tua te reddunt indignum, nulla iis medicina ſupereſt, ſi hæc negatur, unde Gratia ad ea cavenda provenit. Nam ut Concilium Tridentinum inquit: Euchariſtia eſt Alimentum, & Medicamentum. II. *Timeo, ne indignè ſumam*: cui Reſpondetur: Timor valet, Amor prævalet; Chriſtus Panis figuram aſſumpſit non ad timorem, ſed deſiderium & amorem excitandum; dein cur times accedere, & non magis oppoſitum, cùm Chriſtus emanentium nullam excuſationem admiſit? III. *Requiritur magna Puritas & Sanctitas* in communicante: Reſpondetur, alia non, quàm, quæ à peccato Mortali vacat, & quidem cognito à nobis; ad medicinam ſumendam utique non requiritur perfecta corporis ſanitas, cùm hæc fructus ſit, & effectus Medicinæ. *Craſſet Diſcurſ. 5. de SS. Sacramento.*

THESIS VII. *Illi autem neglexerunt*, Matth. 22. v. 4. Alij alias

abſtinentiæ ab hoc Prandio prætexunt rationes: I. Ex nimia repetione fit demum *mera Conſuetudo.* Quibus opponitur: Conſuetudo bona anne mala res? ergo etiam frequens oratio, quotidiana Miſſæ auditio omittenda. II. *Familiaritas* nimia cum Deo contrahitur, quæ æſtimationem minuit. Reponitur; ſit hoc apud homines, non ita apud Deum, qui quantò plus cognoſcitur, tantò plus amatur; dein an Eccleſia quid mali præcipere poſſit, quæ frequentem uſum deſiderat? an non blaſphemia ſit dicere, quòd converſatio cum Deo reddat homines malos, actus perfectiſſimus Religionis demat de Reſpectu huic Sacramento debito? III. *Non ſentio Devotionem* in Communione. Sed contra, aliud eſt Devotio, aliud ſenſus devotionis, aliàs hoc deficiente neque in Paſchate accedere valeas, & qui nunquam habent, nunquam accedent: Vera devotio in eo eſt, ut accedas cum humilitate, confidentia & amore. *Id. ibid.*

*Ira.* THESIS VIII. *Iratus eſt.* Matth. 22. v. 7. Ecce tria mala Iræ: I. Deſtruit hominem *Rationalem*, quia lumen

rationis extinguit. II. Deſtruit hominem *Politicum*, quia contra placita & axiomata Politica agit. III. Deſtruit hominem *Chriſtianum*, quia regulis ac præceptis Religionis renunciat. *Nicol. de Dijon. Capuc.*

THESIS IX. *Mittite eum in tenebras exteriores.* Matth. 22. v. 13. Omnis dolor irruet ſuper eum Job 20. Quia in inferno damnati patientur I. Omnes dolores ſine ulla Exceptione. II. Omnes dolores ſine ulla Conſolatione. III. Omnes dolores ſine ullo Fructu. *La Selve Conc. 8. in Adventu.* *Infernus.*

THESIS X. *Multi ſunt vocati.* Matth. 22. v. 14. Omnium penitus hominum Salutem vult Deus I. Voluntate ſincera. II. Voluntate ardenti. III. Voluntate efficaci. *La Selve Conc. 16. in Adventu.* *Salus.*

THESIS XI. *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Matth. 22. v. 14 I. Deus non vult nobis dare certitudinem Salutis noſtræ, ut in omnibus etiam optimis actionibus permaneamus humiles. II Deus non vult, ut nobis de alijs conſtet, an ſint electi, ut charita- *Salus incerta.*

tem exerceamus etiam erga eos, qui minimè merentur. *Diction. Apoſt.*

*Neceſſitas ad bonum.* THESIS XII. *Compelle intrare.* Luc. 14. v. 24. Magna gratia viali, quem in cœlum trahere, id eſt per tribulationes: ſed hoc beneficium ingrati homines I. Non ponunt in beneficiis. II. Non gratias Deo agunt. III. Imò adſcribunt cauſis ſecundis. IV. De hoc conqueruntur. V. Non proficiunt. *Diotallevi de Beneficijs Divin. Conſid.* 18.

*Correctio.* THESIS XIII. *Amice, quomodo huc intrâſti.* Matth. 22. v. 12. I. Oportet corrigere *Amicos* bonis verbis. II. Oportet corrigere *Bonos* humilibus verbis. III. Oportet corrigere *Malos* commiſerando. *Diction. Apoſt.*

# DOMINICA XX. poſt PENTECOST.

*Infirmitas* THESIS I. *Infirmabitur.* Joan. 4. v. 46. Caro trinam habet *Infirmitatem*; I. Prima, quæ ex ægritudine,

ne, & morbo procedit; hæc patienter eſt toleranda. II. Secunda, quæ ex ignavia, & tepiditate oritur; hæc generosè eſt ſuperanda. III. Tertia, quæ ad peccatum propendet; hæc fortiter eſt debellanda. *Vivien. in Tertull. Conc.* 4 p. 2.

*Mortis Præparatio.*

THESIS II. *Priusquam moriatur.* Joan. 4. v. 49. Mortis præparatio ſita eſt I. In peccati Averſione. II. Terrenorum Abdicatione. III. Bonæ vitæ Converſatione. *Idem.*

*Febris.*

THESIS III. *Reliquit eum febris.* Joan. 4. v. 52. Febris *Continua* eſt Luxuria; *Quotidiana* Gula; *Tertiana* Ira; *Quartana* Acedia; *Hectica* Avaritia; *Ephimera* Superbia; *Putrida* Invidia. *S. Thom. Serm. in Dom. Vide ſis Lobbetium hoc loco ante* 1. *q. ex D. Th.*

*Morbi Bona.*

THESIS IV. *Infirmabatur.* Infirmitas corporis tres præſtantes effectus habet: I. Reddit hominem ad malum inhabilem. II. Facit, ut homo recurrat ad Deum: *Vidiſti Achab humiliatum* &c. III. Promeretur nobis cœlum: *Momentaneum, & leve tribulationis* &c.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fides. THESIS V. *Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis.* Joan. 4 v. 48. I. Fides multorum non niſi *Animalis*, utpote quæ a Senſibus pendet. II. Vel tantum *Humana*, quæ Ratiocinio nititur. III. Vel omnino *Mortua*, utpote non animata Spiritu Charitatis. *Dijon Capuc. Dom. 20. poſt Pent.*

Cœcus Peccator. THESIS VI. *Incipiebat enim mori.* Joan. 4. v. 47. I. Peccator, dum peccat, lumen Intellectûs & Fidei perdit: dum enim peccat, agit contra Rationem, exponendo ſe propter momentaneam delectationem &c. Contra Fidem, non expendendo, quid ſit Infernus, Cœlum &c. II. Peccator, dum moritur, lumen Intellectûs, & Fidei recipit: quia in morte hæc omnia videt, quomodo Bona non niſi peritura quæ fierit contra rationem & fidem. *Groſſez in Diario Sanctor. 31. Aug.*

Advocatus. THESIS VII. *Rogabat eum.* Joan. 4. v. 47. I. Eſt *Advocatus Dei*, ſcilicet qui procurat cauſam Dei. II. *Advocatus Hominis*, talis fuit Pater hodierni filij. III. *Advocatus Diaboli* hic procurat cauſam Diaboli. *Vide Polyanth. Joſephi Langij. Verbô Advocatus.*

THE-

THESIS VIII. *Infirmabatur.* Joan. 4. v. 46. Nemo magis alius ita Deum glorificat, quàm ægrotus in ſuis infirmitatibus tranquillus, & in ſuis doloribus patiens, nam omnes virtutes Chriſtianas in magna perfectione exercet. I. *Fidem* ſuam in tenebris ſplendidam reddit. II. *Spem* ſuam in infirmitate robuſtam oſtendit. III. *Charitatem* in doloribus perficit. IV. *Reſignationem* ſuam & conformitatem cum Divina voluntate tunc maximè ſuſtentat, cùm Deus apparenter ipſum duriſſimè habet. *Craſſet. Conſid. Dom.* 20. *poſt Pent. punct.* 3. *Morbus.*

THESIS IX. *Infirmabatur.* Joan. 4. v. 46. *Vide ſupra Dom.* 16. *poſt Pent. Theſ.* 3. & 4.

THESIS X. *Infirmabatur.* Joan. 4. v. 46. Quando Deus immittit morbum, nos conſtituit in ſtatu I. Eum *Adorandi*, agnoſcendo noſtrum nihilum, & miſeriam. II. Eum *Audiendi* cum magna ſubmiſſione. III. Ei *Sacrificandi* per noſtram Patientiam. *Diction. Apoſt.* *Bonum Morbi.*

THESIS XI. *Infirmabatur.* Joan. 4. v. 46. I. Ut ſatisfaciamus obligationi *Officia erga ægrotū.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tioni noſtræ aſſiſtendi Proximo, debemus Viſitare ipſum, quando ægrotat. II. Debemus ei Procurare Præſentiam Chriſti in Sacra Euchariſtia. III. Debemus Orare pro ipſo, quando luctatur cum doloribus. *Ibid.*

THESIS XII. *Incipiebat enim mori.* Joan. 4. v. 47. An magìs expediiſſet ſcire horam Mortis, an eam neſcire? *Vide ſis Menochium Centur. 7. c. 62.*

*Teſtamentum.* THESIS XIII. *Incipiebat enim mori.* Joan. 4. v. 47. Fac Teſtamentum I. Dum Sanus es. II. Dum Sapiens es. III. Dum Tuus es. Nam ſi exſpectaveris infirmitatem, omnino minis vel blandimentis duceris, quò tu non vis. *S. Aug. ad Fratr. Serm. 48. de Cura animæ.*

# DOMINIC. XXI. poſt PENTECOST.

*Amor Inimicorum.* THESIS I. *Oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus*

tus ſum. Matth 18. v. 33. Lex inimicorum dilectionem mandans eſt I. *Lex Humanitatis*, quia humanitati & naturæ eſt conſentanea: per hanc enim homo diligit hominem ſibi ſimilem, ad cujus amorem naturaliter allicitur; meretur beatitudinem, ad quam naturaliter inclinatur; vitat miſeriam, & damnationem, quam naturaliter averſatur. II. *Lex Veritatis*, quia intellectui, & rationi conveniens, utpote, quæ non paſſione, ſed ratione agit; pretia rerum agnoſcit; ratione diſcurrit. III. *Lex Æquitatis*, quia æquitati & juſtitiæ conformis: Nam homo inimicum odio habens eſt injuſtus erga Proximum, erga Deum, erga Seipſum, *Vivien in Tertul. Prædic. Verb. Amor Inimic.*

THESIS II. *Miſit eum in carcerem.* Matth. 18. v. 30. Chriſtianus inimicorum dilectionem debet I. *Proximo*, ſi attendat eos eſſe Homines, Dei Imagines, Chriſtianos. II. *Chriſto*, qui in illis attendendus eſt, ut Dominus in ſervis, ut Pater in filijs, ut Caput in membris. III. *Sibimet ipſi*; Per quam habemus peccatorum remiſſionem, Filia-

liationis Divinæ adoptionem, æternæ felicitatis acquiſitionem. *Id. ibid. Faber hîc Conc. 1.*

THESIS III. *Oportuit & te miſereri.* Matth 18. v. 33. Inimicorum dilectio eſt I. *Virtutis Heroicæ exercitatio;* quia glorioſè triumphat, nam vincit diabolum, inimicum, ſeipſum. II. *Charitatis Dominicæ imitatio;* à Chriſti Schola, & Dominicæ Charitatis exemplo inimicis debemus cor, linguam, & manum: cor, ut eos diligamus, linguam, ut pro eis oremus, manum, ut eis benefaciamus. III. *Perfectionis Divinæ Æmulatio*, quia ſic homo Deum imitatur, Deo aſſimilatur, Deus nuncupatur. *Id. ibid.*

THESIS IV. *Oportuit & te miſereri.* Matth. 18. v. 33. I. Nihil tam *Generoſum*, quàm inimicis ignoſcere; quia homo domat iram ex omnibus affectibus animi præpotentem, & obligat eum, qui hoc ſuo beneficio maximè indignus eſt. II. Nihil magìs *Chriſtianum*; quia venia inimicis data fortiſſima Fidei probatio eſt: *Diligite inimicos veſtros* &c. *Reddentes bonum pro malo.* III. Nihil magìs *Divinum:*

quia Miſereri & Parcere proprium Deo eſt. & quidem quartô modô.

*Vindicta.*

THESIS V. *Ille autem noluit.* Matth. 18. v. 30. I. Vindicta eſt abjecti animi, ſi inimicus vilis & debilis: *Magnanimo ſatis eſt proſtráſſe Leoni.* II. Imprudens, ſi inimicus potens eſt, quia offenſum ad novam injuriam inferendam excitat. III. Sacrilega, aufferendo Deo id, quod ad ipſum ſolum ſpectat: *Mihi vindicta, & ego retribuam.* IV. Injuſta, quia ſequendo impetum affectûs ſui, Juſtitiæ leges facilè transgreditur.

*Ira.*

THESIS VI. *Et iratus Dominus ejus.* Matth. 18. v. 33. An iraſcendum? Quibus iraſcendum? Quando iraſcendum? Quomodo iraſcendum? Quouſque iraſcendum? *Faber Dom. 5. poſt Pent. Conc. 4.*

*Superbia.*

THESIS VII. *Homini Regi* Matth. 18. v. 23. I. Reges debent eſſe *Homines*, id eſt, recordari, quòd ſint ejusdem Naturæ cum Subditis, eodem pretio à Chriſto redempti, poſt mortem ejusdem conditionis, & judicium ſubituri. II. Non homines *Reges*, id eſt,

*den*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*deſpoticè* cum Subditis agentes, à natura hominum recedentes, & alios velut fungos contemnentes.

*Dilectio Inimicorũ.* THESIS VIII. *Tenens ſuffocabat eum.* Dilectio Inimicorum ſuadetur exemplis totius Univerſi. 1. Exemplo Cœli. 2. Exemplo Elementorum. 3. Exemplo plantarum. 4. Exemplo beſtiarum. 5. Exemplo Ethnicorum. 6. Exemplo Hebræorum. 7. Exemplo Angelorum. 8. Exemplo Chriſti. 9. Exemplo Dei Patris. *Faber hìc Conc.* 2.

*Reconciliatio.* THESIS IX. *Nonne oportuit & te miſereri.* Matth. 18. v. 33. Ad Reconciliationem cum inimicis hortatur I. Motivum ipſius *Intereſſe* ſeu Commodi noſtri; quia de quiete noſtra agitur, & hæc ratio utique pro homine ratione prædito ſatis eſt. II. Motivum *Honoris* quia reputationis ſeu exiſtimationis noſtræ apud alios intereſt; quæ cauſa utique hominem generoſum moveat. III. Motivum *Religionis*, quia hinc Salus noſtra dependet, id quod utique hominem Chriſtianum inducat ad ignoſcendum. *Texier.*

THE-

THESIS X. *Et iratus Dominus ejus,* Matth. 18. v. 33. Ariſtoteles Iracundos diſtinguit, tréſque eorum claſſes ſtatuit l. 4. Ethic. c. 21. I. In prima ſunt *Acuti*: id eſt vivaces & prompti. II. In ſecunda *Amari*: id eſt obſcuri & Melancholici. III. In tertia *Difficiles*: id eſt violenti & pertinaces. *Lege* 1. *Reg.* 24. *v.* 18. *&* 21. **Ira.**

THESIS XI. *Redde, quod debes.* Matth. 18. v. 28. Deo reddenda ſunt quatuor: I. In Vita *Corpus.* II. In Morte *Anima.* III. In Judicio *Talenta.* IV. In Inferno *Pœna.* Et quidem in Vita Corpus, utpote opus ſuum, adeóque eo jure reddendum, ut figulo vas redditur, quod effinxit: In Morte Anima, utpote Imago ſua; In Judicio Talenta, id eſt dona Naturæ & Gratiæ, de quibus reddenda ratio; In Inferno Pœna, quam Deus exiget ut debitum, & pendet heu! peccator. *Lobbetius.* **Reddenda Deo.**

THESIS XII. *Omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogâſti me.* Matth. 18. v. 32. Ita nimirum, ad exemplum hujus Servi, pœnitentiam inſti- **Pœnitentia.**

R tuere

tuere oportet. I. Oportet ſe fateri debitorem. II. Oportet ſe humiliare coram Deo. III. Oportet veniam petere. IV. Oportet, interpoſitis Meritis Filij ſui, orare, ut patientiam habeat pro reparando honore læſo. V. Oportet promittere reparationem præteritorum. *Craßet Conſid. hic. die Lunæ.*

*Impatientia.* THESIS XIII. *Patientiam habe.* Matth. 18. v. 29. I. Impatientia ſubinde palàm facit, quòd nullam habeamus *Spem.* II. Sæpe oſtendit, quòd nullam habeamus *Charitatem.* III. Semper demonſtrat, quòd nullam habeamus *Humilitatem.* *Diction. Apoſt.*

THESIS XIV. *Patientiam habe.* Matth. 18. v. 29. I. Impatientia *Dominorum* Bonitatem deſtruit, quam debent exhibere Servis. II. Impatientia *Servorum* Obſervantiam perimit, & Reverentiam, quam debent præſtare Dominis ſuis. *Id.*

*Juſtitia Dei.* THESIS XV. *Tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet univerſum debitum.* Matth. 18. v. 34. In hoc Evangelio I. Apparet infinita Dei Miſe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſericordia in remiſſione univerſi debiti. II. Apparet Hominis ſumma Ingratitudo & inhumanitas nihil remittendo de Servi debito. III. Apparet ſuprema Dei Juſtitia in repetendo debito, priùs dimiſſo, usque ad ultimum quadrantem. *Durand. in Caractere Sanctor. part. 2.*

THESIS XVI. *Tradidit eum Tortoribus,* Matth. 18. v. 34. I. Deus peccatorem ſubinde punit ut *Pater*, non ceſſando ab amore, etiam dum punit, & hoc plerumque fit in hac vita. II. Deus ſubinde punit ut *Judex*, volens, ut crimen expietur exigente juſtitiâ, & hoc fit in Purgatorio. III. Deus peccatorem punit ut *Inimicus*, vindictam ſumendo de peccato, & peccatorem cruciando, & hoc fit in Inferno. *Nepveu in Reflexionib. Chriſtian. 3. Novemb.* *Pœna.*

# DOMINIC. XXII. poſt PENTECOST.

THESIS I. *Cujus eſt imago hæc?* Matth. 22. v. 20. I. Chriſtia- *Imago monſtroſa.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus ſine vita Chriſtiana. II. Baptizatus, & mancipium diaboli. III. Aſſecla Crucis, & carnis, Mundique amicus. Vah monſtrum! Cujus imago eſt?

*Imago cur?*

THESIS II. *Cujus eſt imago hæc?* Matth. 22. v. 20. Imagines inſtitutæ ſunt ob ſimplicium ruditatem, ob Affectuum tarditatem, ob Memoriæ debilitatem. *S. Bonav.* S. Thomas addit: ut homines per eas, vel coram ipſis Deum ipſum, & Sanctos honore, qui illis debetur, afficiant.

*Chriſti.*

THESIS. III. *Cujus eſt imago hæc?* Matth. 22. v. 2. Priùs aſſimilari Chriſto Crucifixo, quàm Chriſto Glorioſo oportet: quæritur ergo: I. In quo conſiſtat obligatio hujus aſſimilationis? II. Quomodo acquiri poſſit? III. Quàm Chriſto injurioſum, ſi eam negligamus, quàm nobis proficuum, ſi teneamus? *P. Weſpin S. J. Dom. 4. poſt Paſch.*

THESIS IV. *Cujus eſt imago hæc?* Matth. 22. v. 20. Cultus Sacrarum Imaginum comprobatur 1. Ex Scriptura. 2. Ex continuo Eccleſiæ uſu & con-

conſenſu. 3. Ex Ratione. 4. Ex earum varia Utilitate. 5. Ex Odio Cacodæmonis in imagines. 6. Ex Punitione Iconoclaſtarum. 7. Ex Miraculis in comprobationem earum factis. *Faber hìc Conc. 8.*

THESIS. V. *Cujus eſt imago?* Matth. 22. v. 20. Homo creatus ad imaginem Dei eſt, debet ergo eſſe I. Imago *Dei Patris* Miſericordiâ. II. Imago *Filij* Humilitate. III. Imago *Spiritûs Sancti* Puritate eam referendo. *P. Weſpin S. J. Dom. 1. poſt Pent. P. 2.* *Imago Dei Homo.*

THESIS VI. *Reddite ergo.* Matth. 22. v. 21. Aliena I. ſunt reſtituenda *Neceſſariò*; Non enim dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. II. Sunt reſtituenda *Citò*: propter lucrum ceſſans, & damnum emergens. III. Sunt reſtituenda *Totaliter*: quoadusque redderet univerſum. *La Selve Conc. 14. in Adventu.* *Reſtitutio.*

THESIS VII. *Scimus, quia verax es.* Matth. 22. v. 16. Adulatio fit tribus modis I. *Tribuendo* aliquod Bonum, quod non habet, & hoc eſt peccatum veniale. II. *Superextollendo* bo- *Adulatio.*

num, quod habet. III. *Approbando* malum, quod habet, & hoc eſt peccatum mortale, ſi grande malum eſt.

*Debita Deo.* THESIS VIII. *Quæ ſunt Dei, Deo.* Matth. 22. v. 21. Deo debemus I. Tributum *Fidei.* II. Tributum *Amoris.* III. Tributum *Obedientiæ*, id eſt, debemus Deo credere tanquam æternæ Veritati; Deum amare, utpote ſummum Bonum, Deo obedire veluti Supremo Domino. *Diction. Apoſt.*

THESIS IX. *Quæ ſunt Dei, Deo.* Matth. 22. v. 21. I. Oportet Deo reddere *Bona Naturæ* cum perfecta reſignatione. II. Oportet Deo reddere *Bona Gratiæ*, & quidem cum uſura, quam exigit. III. Oportet Deo reddere *Bona Gloriæ* cum anticipata quadam magnificentia. *Id.*

# DOMINIC. XXIII. poſt PENTECOST.

*Mors optanda.* THESIS I. *Filia mea modò defuncta eſt.* Matth. 9. v. 18. Mors de-

deſideranda eſt: I. Quia à Miſerijs hujus vitæ liberat. II. à peccandi neceſſitatibus immunem præſtat. III. Ab exilio in patriam revocat. *Virien in Tertull. Prædic.*

THESIS II. *Modò defuncta eſt.* Matth. 9. v. 18. Cauſæ tres libenter moriendi. Triplex in morte congratulatio eſt: I. Homines ab omni *Labore*, II. *Peccato*, III. & *Periculo* liberari. S. Bern. *in tranſitu Malachiæ.* Hinc & cygnus, ut eſt in fabulis, quæſitus, cur in morte caneret? reſpondit, quia neque cibi quærendi cura ampliùs cruciabor, neque Aucupum laqueos mortuus extimeſcam. Vide Fabrum in *Conc. Funebr. Exhort.* 23. verbô: *Fit ibi quies à laboribus, fit jucunditas de novitate, fit ſecuritas de æternitate. S. Bern. ſerm. 41. ex parvis.*

THESIS III. *Defuncta eſt.* Matth. 9. v. 18. Quidam Senex in morte ridens, & cauſam quæſitus reſpondit: I. Riſi, quia omnes mortem timetis. II. Riſi, quia non eſtis parati. III. Riſi, quia de labore vado ad requiem. *In Vitis PP. lib. 31. c. 159.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Mors lugenda.*

THESIS IV. *Modò defuncta eſt*, Matth. 9. v. 18. Triplex mors lugenda eſt: I. *Impiorum*, quia moriuntur absque fide, ſpe, bono opere. II. *Mundanorum*, quia affliguntur in morte amore, dolore, timore. III. *Peccatorum*, quia funeſtè moriuntur ſubitanea morte præventi, præmatura morte ſublati, in peccato, & impœnitentia elati.

*Irriſio.*

THESIS V. *Deridebant eum*, Matth. 9. v. 24. Irriſio quatuor parit mala: I. Oſtendit enim ſtultitiam. II Suſpendit amicitiam. III. Offendit Juſtitiam. IV. Intendit Malitiam. *Drexel. in Phaëton. c. 12. §. 1. vide etiam Kyblerum tom. 1. fol. 1323.*

*Deus.*

THESIS VI. *Si tetigero tantùm, ſalva ero.* Matth. 9. v. 21. I. Nihil magis *Lene*, cùm tangitur, quàm Deus. II. Nihil autem illo magis *Aſperum*, cùm tangit. *Didac. Niſſen. Dom. ultima poſt Pentec. Perioch. 1.*

*Mortis præparatio.*

THESIS VII. *Modò defuncta eſt*. Matth. 9. v. 18. Triplex datur bene moriendi diſpoſitio. I. Prima conſiſtit in perpetua Pœnitentia de vita præte-

